UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Scriptores de orthographia

**Keil, Heinrich**

**Lipsiae, 1880**

Arusiani Messii Exempla elocutionum

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-2014

Visual Library

# ARVSIANI MESSII

## EXEMPLA ELOCVTIONVM

EX VERGILIO SALLVSTIO TERENTIO CICERONE
DIGESTA PER LITTERAS.

Arusiani Messii exempla elocutionum Lindemannus in primo volumine grammaticorum latinorum ex Gudiano codice edidit a. 1830 . ante hunc Angelus Maius eundem librum Cornelii Frontonis nomine inscriptum, sed multis elocutionibus vel exemplis omissis in breviorem formam redactum ex Ambrosiano codice ediderat una cum epistulis et orationibus Frontonis tum primum editis Mediolani a. 1815, quam editionem quattuor codicibus Vaticanis adhibitis Romae a. 1823 repetivit . ego in nova editione lectionem libri ad fidem codicis Neapolitani bibliothecae regiae IV A 11 expressam exhibui . is enim ex vetere codice Bobiensi, quo solo Arusiani liber memoriae proditus erat, descriptus est . ex hoc autem reliqui libri, qui nunc extant, ducti sunt . sed quoniam depravata eius libri apographa olim a multis usurpata sunt, de his quoque dicendum est, ut demonstretur, ex quibus fontibus ea derivata sint, neque ullam auctoritatem tribuendam esse lectionibus ex iis depromptis intellegatur*).

Bobiensis igitur codex in catalogo codicum Bobiensium anno 1461 facto, quem Amedeus Peyron post Ciceronis orationum fragmenta a. 1824 edidit, descriptus est ita, p. 29 sq., *Ysidori episcopi Tractatus de astronomia . Eiusdem liber de usu litterarum . Ysidori senioris liber promiorum . Eiusdem liber de vita vel obitu sanctorum qui in domino precesserunt . Eiusdem Tractatus de interpretatione nominum hebraycorum . Tractatus velilongi de orthographia . Prisiani gramatici vel porte . Adamanti sive martirii de B muta et U vocali . De emendatione et notis veterum librorum . De distinctionibus . De positione . Augustini Tractatus ad petrum de vera fide . Ysidori episcopi liber secundus de interpretatione nominum hebraycorum . Ciclus pascalis vid. modus adinveniendi festum pasce . Arusiani messi v̄c. or. comitis primi ordinis Exemplaria elocutionum ex Virgilio Salustio Terrentio Cicerone digesta per litteras alphabeti . omnia suprascripta in littera longobarda obscura . parvi vol .* ex hoc codice post annnm 1493, quo anno Bobienses codices a Georgio Merula inventos esse scimus, praeter Velii Longi et Adamantii Martyrii

*) Plurima eorum quae de libris manu scriptis Arusiani supra scripta sunt nuper in indice lectionum Halensium aestiv. a. 1879 exposui, quae hoc loco repetivi, nequid desideraretur, quod ad confirmandam rationem in nova editione institutam pertineret.

libros, de quibus supra p. 39 et p. 136 dictum est, hic Arusiani liber in codicem Neapolitanum IV A 11, qui olim Parrhasii fuit, transcriptus est . is autem post Longi et Martyrii libros et catholica Probi legitur ita,

*Cornelii Frontonis*
*Incipit Arusiani messi ūc. ōr comitis primi ordinis exempla elocutionū* | *Ex Vergilio Salustio Terentio Cicerone digesta per litteras* | *Abundans illius rei — aduoluebantur . idem* . extrema libri pars, in qua haud dubie de elocutionibus ab V littera incipientibus olim plura scripta erant, cum subscriptione defectu membranarum, ut videtur, codicis Bobiensis periit . inscriptio rubro colore, sed eadem manu atque ea quae deinde sequuntur scripta est . Cornelii Frontonis quoque nomen, quod nomini Arusiani superscriptum est, eandem scripturam refert. Iannellius catalog. biblioth. lat. in reg. Neap. mus. Borbon. p. 10 *A. Cornelii Frontonis* exhibuit, et videntur unius litterae vestigia ante *Cornelii* relicta esse . Gustavus Iuergensius, qui librum in meum usum cum editione Lindemanni contulit, eum a duobus hominibus scriptum esse mihi indicavit . nam post elocutionem *fine illius rei — mare* p. 231 ed. Lind. diversam a prioribus esse scribentis manum eamque diversitatem in eo quoque apparere, quod inde ab illo loco constanter *Verg.* scriberetur, cum antea *Virg.* scriptum esset . praeterea pauca p. 215 *circumventis — misitque sub amnem* alia manu atque reliqua scripta esse adnotavit . scriptura autem veteris archetypi, ex quo codex descriptus erat, ita in eo repraesentata est, ut vitiosae lectiones accurate repeterentur atque ea etiam quae tamquam corrupta tribus punctis supra positis notata erant eodem modo exhiberentur. pauca in prima scriptura correcta vel addita sunt . sed ea omnia fere ab eodem librario, qui suos errores ipse correxerat, profecta sunt; raro alterius manus in illis apparet . ceterum verba grammatici ita scripta sunt, ut ab una quaque elocutione novi versus initium fiat, eademque ipsius archetypi ratio fuit.

Huius codicis apographum est alter Parrhasii codex, qui nunc est Neapolitanus IV A 12, in quo Arusiani liber item post Longi et Martyrii libros scriptus est . nam Probi catholica in eo scripta non sunt . inscriptionem ab eo qui apographum fecerat omissam postea Parrhasius ex priore codice addidit, *Arusiani Messi ūc . or. comitis primi ordinis exempla* | *elocutionum ex Virg. Sallust . Terent . Cicer. digesta per litteras* . idem in margine adnotavit haec, *Arusiani, a quibusdam substitutum erat Cornelii Frontonis improbe* . ex priore autem Parrhasii codice, non ex ipso archetypo hunc descriptum esse, id quod de Velio Longo supra dixi, in Arusiani quoque libro plurimis certissimisque indiciis apparere duobus codicibus inter se collatis mihi confirmavit Iuergensius . sed scriptura, quae ex altero codice accurate repetita erat, postea multis locis partim a

Parrhasio partim alia manu adscriptis coniecturis vel ipsis verbis mutatis correcta est.

Ex his duobus Parrhasii codicibus omnis Arusiani notitia ad eos qui postea vel totum librum descripserunt vel singulos locos ex eo deprompserunt propagata est . horum primus fuit Ianus Pierius Valerianus, qui in castigationibus in Virgilium Romae a. 1521 primum editis cum alios grammaticos, quos a Parrhasio acceperat, tum Arusianum saepius commemoravit . de codice autem quo usus est scribit haec in Verg. bucol. 1,80, 'Sed *hanc noctem* agnoscit Arusianus Messus in eodem Elocutionum libello, qui falso sub alterius nomine circumfertur, cuius legitimam inscriptionem inveni in Iani Parrhasii Bibliotheca' . deinde Nicolaus Heinsius a. 1647, tum cum per aliquot menses Neapoli versabatur, Parrhasii codices vidit et alterum eorum descripsit . qua de re in duabus epistulis Neapoli ad I. F. Gronovium datis scripsit haec syll. epist. ed. Burm. v. III p. 181 die 20 Mai a. 1647, 'Futurum video ut aestas proxima hic mihi transigatur. Inveni enim Grammaticorum nonnullorum hactenus ni fallor inedita, magno mihi usui futura, quae omnino velim describere. Inter quos Volusianus Messus, quem alii Cornelium Frontonem volunt. Is fragmenta Ciceronis ac Sallustii multa citat, quae in eorum operibus frustra quaerantur. In phrasibus minus usitatis annotandis potissimum occupatur, quas ex quatuor auctoribus selegit, Virgilio, Terentio, ac iis, quos iam nominavi. Ubi Macrobii Saturnalia absolvero (quorum veterrimus codex, sed non multum a vulgatis editionibus diversus), ad Volusianum describendum transibo' . ib. p. 184 mense Iunio a. 1647, 'Nunc sum in describendo Arusiani Messi de elocutionibus libello, in quo fragmenta Ciceronis et Sallustii multa' . de eodem invento Isaacus Vossius ad N. Heinsium scripsit ib. p. 569 et 579 . erant autem codices tum, cum Heinsius eos videbat, in monasterio S. Ioannis in Carbonaria, in quo libros Parrhasii ex hereditate Antonii Seripandi, cui ille eos legaverat, diu servatos esse constat, priusquam in publicam bibliothecam delati sunt .

Heinsii apographum postea a multis usurpatum vel denuo descriptum est . nam praeter ea quae ipse Heinsius in notis ad Ovidium, Vergilium, Valerium Flaccum et in adversariis ex Arusiani libro edidit, ex eius schedis petita sunt quae Ioannes Rhodius in lexico Scriboniano p. 344 de eo scripsit, '*Abstinet se illa re:* Arusianus Messus MS in Exemplis elocutionum, apud Clericos Regulares Neapoli . Cuius loco in quibusdam codicibus perperam Cornelii Frontonis nomen scriptum observavit Nicolaus Heinsius', et p. 379 'Proinde Nicolaus Heinsius vere apud Arusianum Messum legit *Erumpit se inde* . Pro quo MS liber habet *erumpit inde*'; item quae de codice quodam Graevii Fabricius in indice bibliothecae latinae v. III p. 914 rettulit, 'Arusiani Messii primi ordinis V. C. CR.

Comitis elocutionis libellum ex Virgilio, Sallustio, Terentio, Cicerone per litteras digestum allegat Nic. Heinsius ad Valerium Flaccum p. 174. 282. 336. Illum e Codice B. Godfridi Graevii, Consulis Lipsiensis, Andreas Stübelius suis locis inseruit novae editioni thesauri eruditionis Scholasticae Basilii Fabri Lips. 1710. 1717 fol.' . ceterum perpauca tum in novam thesauri editionem ex Arusiani libro recepta sunt . post mortem Heinsii eius schedae ad Dorvillium pervenerunt, apud quem Petrus Burmannus Secundus eas denuo descripsit, de quo in commentario de vita N. Heinsii ante illius adversaria edito p. 9 de itinere Italico Heinsii et de invento ab eo Arusiani libro disserens scribit haec, 'Passim enim Arusiani Elocutionum libellum ad partes vocat in Commentario Virgiliano Pierius Valerianus, Carrio ad Sallustium non semel, qui et fragmenta Sallustii ex eo conlecta inlustravit, et in notis pag. 451 Ed. Grut. inscite ab aliis Cornelio Frontoni tribui hunc foetum observat; idque Heinsii nostri testimonio usus notavit Rhodius ad Scribon. Largum pag. 344. Eius autem exemplar apographum describere aliquando mihi licuit beneficio Phil. D'Orvilli, qui et hunc thesaurum inter alia literaria peregrinationis Italicae spolia, quibus onustus in patriam rediit, adservat.' nam de Heinsii exemplo, non de novo Arusiani apographo a Dorvillio facto haec narrare Burmannnum puto . in Burmanni autem apographo Ruhnkenius, qui in praefatione ad Rutilium Lupum p. XXVI et saepius in notis ad Velleium Arusiani mentionem fecit, librum legisse videtur . plura ipse Burmannus variis locis ex eo deprompsit . eodem apographo et alio quodam, quod ipsum quoque Burmannus possidebat, usus est Petrus Bondamus, qui, cum editionem Arusiani pararet, a. 1760 Burmanni exemplum cum notis quibusdam et coniecturis ab illo additis descripsit et alterius discrepantiam in margine adnotavit . haec manu Bondami scripta cum paucis chartis novae editionis typis expressae, quam ille inceperat, sed mox omiserat, nunc in Leidensi bibliotheca servantur inter codices Perizonianos 84 . inscriptioni libri ex Neapolitanis codicibus repetitae, *Arusiani Messi* sqq., addita est adnotatio Parrhasii supra relata, *Arusiani a quibusdam substitutum erat Cornelii Frontonis improbe* . ex quo apparet non priorem codicem Neapolitanum, sed illum alterum, in quo scriptura archetypi ab Italis correcta erat, ab Heinsio descriptum vel certe praeter priorem in describendo adhibitum esse . ipse Bondamus apographo suo subscripsit haec, 'Petrus Bondam ex Apographo Elegantissimo Petri Burmanni Secundi, qui illud descripserat ex codice V. Cl. J. Ph. Dorville, descripsi et absolvi Zutphaniae d. XVII Iulii MDCCLX' . deinde de utroque apographo, quo usus erat, in scheda codici praefixa monuit haec, 'Ex Apographo Burmanni ipsiusmet manu scripto descripsi haec. Idem vero Burmannus et alterum communicavit Apographum ab alio scriptum, quod

cum nostro contuli et variationes exinde excerptas et margini adscriptas notavi A2. In isto autem Apographo loca autorum, ubi inveniri possunt, eodem modo ac in Burmanniano notata erant. Ex isto autem Apographo suum non confecit Burmannus . patet id ex pag. 17. 99. 127. 169, ubi plura habet Burmannianum exemplum' . hoc Bondami codice, qui nunc est Perizonianus, Martinus des Amorie van der Houven in specimine litterario de nonnullis locis veterum scriptorum cum appendice de Arusiani Messii exemplis elocutionum Amstelodami a. 1845 usus est et non nullas codicis lectiones protulit . sed praeter Bondamum Santenius quoque a Burmanno apographum libri acceperat, quod postea cum reliquis Santenii libris in Berolinensem bibliothecam translatum est ibique nunc inter Diezianos codices habetur 97.4. in eo quoque, sicut in Perizoniano, notae Burmanni additae sunt, quibus alia manu praescripta sunt haec, 'Arusianum ex codice Philippi D'Orvillii descripserat Burmannus Secundus, qui apographo sequentia fere adnotaverat' . ex Santenii copiis olim Martyni-Laguna novam Arusiani editionem paravisse dicitur, de quo Beierus in Cic. fragm. orat. p. Scaur. p. 196 narrat haec, 'Dudum ante Maium apographum d'Orvillianum editioni paraverat adiectis Laurentii van Santen obss. Io. Aloys. Martyni-Laguna, multis exemplis (ut ipse mihi litteris significavit) locupletius. Sed post obitum viri in relictis chartis nihil inventum est; superstes tamen opus illud incendio fuerat.'

Ex eodem Heinsii apographo codex Gudianus, ex quo Lindemannus Arusiani librum edidit, videtur ductus esse . is est in bibliotheca Wolfenbuttelana inter codices Gudianos 281, ipsius Gudii manu scriptus, ut adnotatum est in codice, 'Marq. Gudius e msto cod. descripsi a. CIƆIƆCLIX'. lectiones autem a Lindemanno ex eo prolatae cum Perizoniano codice saepissime consentiunt; quaedam vero etiam, quae in hoc coniecturae loco adscriptae sunt, in Gudiano in continuitatem verborum receptae leguntur . accuratius tamen de hoc codice non quaesivi, neque multum interesse puto, ex quo fonte coniecturae, quibus in hoc, sicut in reliquis apographis, scriptura archetypi saepe mutata est, ductae sint.

Postea Neapolitano codice usus est Garatonius, qui exempla Ciceronis ex eo descripta habebat eaque in editione orationum Ciceronis saepe commemoravit . eius verba sunt haec Cic. orat. v. VII Neapoli a. 1786 praef. p. VI, 'Is denique (Franciscus Gualterius) his paucis diebus ex Neapolitano Arusiani Messi codice, quem aedes possidet Apostolorum, rogatu meo elocutionum exempla Tulliana descripsit. Quum enim grammaticos a Putschio confectos, Quinctilianum, aliosque rhetores, Gellium, Nonium, Isidorum, Donatum, Servium, Horatii, Lucani, Statii scholiastas, et quidquid antiquorum potui, diligenter adhibuerim, ad eos locos, quos ab iis productos a me tractari oportebat, neque me, post aliorum operam in ea re, meam perdidisse

arbitrarer: moleste ferebam unum mihi Arusianum deesse, quem tamen editum in Stubeliano Fabri thesauro inaudiveram: idque incommodum Gualterius a me non levi suo incommodo depulit.' lectiones autem a Garatonio exhibitae a priore codice Neapolitano interdum paulum dissentiunt. quare is quoque altero codice, quem ad Heinsii apographum adhibitum esse dixi, videtur usus esse.

Restat ut de excerptis quae in libris manu scriptis nomine Cornelii Frontonis inscripta et ab Angelo Maio edita sunt dicatur. huius modi libros novi tres extremis quinti decimi vel primis sexti decimi saeculi annis scriptos, unum Vaticanum 3402, qui olim Fulvii Vrsini fuit, alterum item Vaticanum 5216, tertium Ambrosianum D498 inf., in quibus codicibus hic liber praescripto titulo *Cornelii Frontonis exempla elocutionum* post Velii Longi et Adamantii Martyrii libros, qui in Neapolitanis quoque codicibus ante illum scripti sunt, legitur: cf. gramm. lat. v. VI p. 247. iisdem libris et duobus praeter hos Vaticanis Maius usus est, cum haec excerpta eodem titulo, quem modo ex manu scriptis libris exhibui, praescripto ederet. de codicibus autem, quos usurpaverat, in Romana editione haec adnotavit, 'Grammaticum opusculum exempla elocutionum tribuitur Cornelio Frontoni in quinque codicibus a me observatis, in ambrosiano videlicet uno et in quatuor vaticanis, quorum tamen unus nonnisi selecta quaedam habet, quae ab exemplari Basilii Zanchii manu scripto desumpta dicuntur'. sed in iis quae Maius horum codicum scripturam secutus edidit non solum exempla scriptorum, quae grammaticus posuerat, saepe neglegenter scripta et omissis quibusdam vocabulis interdum decurtata vel plane omissa, verum etiam, in posteriore maxime libri parte, hoc est inde ab elocutionibus ab i littera incipientibus, multae elocutiones cum suis exemplis omissae sunt. quae omnia postea Lindemannus ex Gudiano codice supplevit. in priore vero libri parte quaedam, quae in exemplis scriptorum apud Arusianum corrupta erant, in his Frontonis excerptis ex ipsorum scriptorum libris correcta sunt. praeter haec autem, quae neglegentia vel consilio eius qui excerpta fecit mutata sunt, lectiones a Maio exhibitae ita cum apographis Arusiani consentiunt, ut dubitari nequeat quin hi quoque libri ad idem archetypum, ex quo illa descripta sunt, revocandi sint omnisque illa mutatio Italis potius quam veteri cuidam grammatico tribuenda sit. huc accedit quod aliorum grammaticorum libri, qui una cum Arusiani libro ex Bobiensi codice descripti in codice Parrhasii leguntur, ad illos libros, in quibus excerpta quae Frontoni tribuuntur scripta sunt, ex hoc ipso apographo, non ex Bobiensi archetypo propagati sunt. ex quo suspicari possumus haec quoque excerpta ex eodem codice, ex quo reliqui libri descripti erant, facta et ipsum Frontonis nomen, quod iis inscriptum est, ex illo petitum esse. sed quoniam codex Parrhasii,

in quo nomini Arusiani nomen Cornelii Frontonis adscriptum est, ex Bobiensi archetypo accurate expressus est, haud improbabile videbitur in hoc similiter utrumque nomen in praescriptione libri positum fuisse. et videtur sane huc pertinere titulus qui inter Bobienses codices post catholica Probi relatus est in Raphaelis Volaterrani commentariis urbanis f. 56, *Corneli Frontonis elegantiae latinae,* et in principe editione Terentiani Mauri, *Cornelii Frontonis elegantias* . nam Arusiani mentio facta non est in libris Bobii inventis . in libello autem differentiarum, quem Parrhasius nomine Frontonis inscriptum in editione Probi Vicetina a. 1509 ex alio codice item Bobiensi edidit, illud nomen omnino fidem non habet.

Iisdem excerptis quae Frontonis nomine inscripta vulgo ferebantur ii qui primi in fragmentis Sallustii et Ciceronis colligendis operam collocaverunt usi sunt et exempla in illis citata in suas fragmentorum editiones receperunt . ad hunc fontem enim revocanda est memoria Frontonis ab Aldo Manutio et Iano Dousa in notis ad Sallustium, a Carolo Sigonio et Andrea Patricio in fragmentis Ciceronis, a Fulvio Vrsino in notis ad Sallustium et Ciceronem saepe appellati . ex his Sigonius et Vrsinus eo codice qui nunc Vaticanus 3402 est usi sunt, de quo Sigonius in Cic. fragm. Venetiis 1560 f. 56, Cic. de rep. I 12,18 *nuntiatum est venire Laelium domoque iam exisse,* scribit haec, 'Hoc autem fragmentum, ut multa post alia, ex Cornelii Frontonis grammatici ueteris libro quodam, qui Elocutionum exempla inscriptus est, mutuatus sum. quem librum ex intimis Rainutii Farnesii, Cardinalis illustrissimi, thesauris, domino ipso concedente sumptum ad me Roma iuuenis ornatissimus atque doctissimus Fuluius Vrsinus, amicus meus, misit . hic autem, cum praeclara multa, eaque incognita Ciceronis ad antiqui latini sermonis formulas demonstrandas exempla contineat, adeo mihi ad haec concinnanda fragmenta fuit commodus, ut, quidquid iis ornamenti hac noua editione accesserit, id omne humanissimi principis liberalitati, et ad bonarum litterarum studia fouenda, et ueterem earum laudem renouandam nati, acceptum referendum sit': cf. Arus. p. 227 L. ipse Vrsinus autem codicis sui mentionem fecit not. in Cic. Antverp. 1581 p. 177, not. in Sallust. Antverp. 1595 p. 345 et p. 359. Manutius, qui primus ex Frontonis libro fragmenta Sallustii recepit, a Scipione Pettio eum librum se accepisse indicat in editione Sallustii Venetiis 1563, fragm. hist. I 32 ed. Dietsch *Nihil ob tantam mercedem sibi abnuituros,* 'Ex Cornelii Frontonis de Exemplis elocutionum libello, nondum edito, quem legi commodatum a Scipione Pettio, uiro optimo, et singulari quadam in pervestigandis Veterum libris diligentia praedito': cf. Arus. p. 210. Patricius eundem librum commemoravit in Cic. fragm. Venetiis 1565 apud Graevium Cic. orat. v. III 2 p. 942 *quod non detrectare militiam, sed defendere provinciam iudicata est,* 'Fragmentum recens allatum a me ex

Frontonis quodam libro, qui continet exempla elocutionum. Quem quidem librum, cum Io. Zamoscius noster, adolescens litteratissimus, ex Italia in Poloniam ad me misisset, quoniam antea quoque ex eo Sigonius quadraginta fere alia fragmenta elicuerat, inque suam posteriorem editionem transtulerat; dedi et ipse operam, ut inde etiam et huic nostrae commendationi accessio nonnulla quaesita esse videretur': cf. Arus. p. 226.

Denique ex hoc genere codicum fuit is quo Ludovicus Carrio in editione Sallustii Antverpiensi a. 1579 usus est, quamquam is non Frontonem, sed Arusianum Messum, quem dicit, auctorem libri appellavit. hoc nomine enim saepius eum commemoravit eique primus ea quae antea Frontone auctore recepta erant vindicavit, in Sall. fragm. hist. I 9 p. 6 ed. Hav. *armata montem sacrum atque Aventinum insedit,* 'Arusianus Mess. libello de elocutionum exemplis, quem quidam inepte pariter et inscienter Cor. Frontoni tribuunt, haec Sallustiana citat': cf. Arus. p. 236. ipsum codicem Elnonensem fuisse dicit in fragm. hist. I 85 p. 35 ed. Hav. *maturaverunt exercitum Dyrrhachium cogere,* 'Arusianus eodem quo superiora libro: *Cogo te domum. Dyrrhachium* autem posui pro *brachium*, quod ita in libro Elnonensi esset': cf. Arus. p. 218.

Omnia autem quae ex his libris olim ab editoribus Sallustii et Ciceronis prolata sunt cum Maii codicibus plane consentiunt. ac ne Carrio quidem in Elnonensi Arusiani codice, quem dicit, plura legebat, quam quae in excerptis Frontonis, quibus reliqui usi erant, scripta sunt, sed exempla Sallustii in illis saepe decurtata eodem modo repetivit. coniectura inventam lectionem e codice suo protulit in fragm. hist. I 24 apud Arusianum p. 233, *gnarus illius, Sal. hist. I et numeri eorum Metellus per litteras gnarus,* ubi pro *et numeri,* quod in libris manu scriptis legitur, *itineris* scripsit hac addita adnotatione p. 40 ed. Hav., 'ita in meo Arusiano est, quod ab aliis legi video: *et muneris eorum*. male. Messus in locutione: *gnarus illius*'. ceterum post Carrionem non invenio a quoquam Elnonensem Arusiani codicem commemoratum esse, neque inter codices Elnonenses qui nunc supersunt eius memoria extat.

Nimis longa disputatione opus fuit ad rationes eorum codicum, qui adhuc in libro Arusiani usurpati sunt, explicandas, quamquam eorum omnium nullam utilitatem esse ex his ipsis quae dixi apparet. nam incorrupta veteris scripturae fides ex solo Parrhasii codice, quem priorem dixi, cognoscitur; reliqua apographa, ubicumque ab illo dissentiunt, aut errore scribentium depravata aut coniecturis Italorum et Batavorum, qui multum operae olim in hoc libro collocaverunt, mutata sunt. itaque ad memoriam Bobiensis codicis restituendam hunc unum ducem secutus sum. compendia etiam scripturae, quibus nomina scriptorum et librorum, e quibus exempla elocutionum petita sunt, significata erant, ex codice

repetivi, nisi quod in nomine Vergilii, in quo varium esse libri manu scripti usum supra dixi, constanter *Verg.* scripsi. in emendatione autem vitiosae scripturae modus adhibendus fuit, propterea quod in exemplis scriptorum multa haud dubie neglegentia grammatici vel vitio codicum quibus usus erat corrupta sunt, quae saepe ab erroribus librariorum certo iudicio distingui non poterant . scripturam codicis a recepta lectione discrepantem in adnotatione separatim posui . in reliqua adnotationis parte primum ex Maii et Lindemanni editionibus ea quae memorabilia esse videbantur indicavi; pauca etiam ex Perizoniano codice, quem olim cum Lindemanni editione contuleram, addidi . nam quaedam in iis recte emendata erant, alia propterea, quod in editiones scriptorum ad quos pertinent recepta et usu tradita erant, sine incommodo legentium praetermitti non poterant . ea quae ex Gudiano codice Lindemannum secutus adscripsi postea cum ipsa codicis scriptura contuli et, ubi opus erat, correxi . deinde, siquid in exemplis scriptorum in codice corruptum erat, breviter quid in codicibus eorum scriptorum qui nunc supersunt scriptum esset indicavi, quo facilius de Arusiani lectione iudicari vel unde emendatio petita esset intellegi posset . denique in paucis elocutionibus locos aliorum grammaticorum, qui eadem veterum scriptorum exempla vel ex ipso Arusiani libro vel ex communi fonte petita exhibent, adscripsi, quamquam constantem rationem in ea re servare nec potui nec volui.

Qua aetate Arusianus vixerit, testimonio constat veteris codicis Berolinensis olim Santeniani 66 . in eo codice enim p. 218 et 219 leguntur tituli librorum non nullorum nono saeculo scripti, quos Hauptius opusc. v. III p. 425 edidit, inter quos in fine indicis Arusiani liber descriptus est ita, *incipit Messi oratoris de elocutionibus Olybrio et Probino Messius* . Olybrium autem et Probinum, ad quos librum scriptum fuisse hoc testimonio comperimus (nam in Bobiensi codice praefatio omissa erat) consules fuisse anno p. Chr. n. 395 constat . unde sequitur aut hoc ipso anno, tum cum illi collegae erant, aut circa hoc tempus ad illos a grammatico librum missum esse . nam quoniam fratres erant Olybrius et Probinus, potuerunt eorum nomina, sicut adnotavit Hauptius, etiam praeter consulatus occasionem uni libello inscribi . ad idem tempus pertinet, quod Arusianus inter exempla quattuor veterum scriptorum duo posuit Symmachi, aequalis sui, exempla p. 217 et p. 244 . neque enim dubitandum est quin haec ab ipso grammatico scripta, non postea exemplis ab illo collectis addita sint . oratoris titulum haud insuetum etiam grammaticis illius aetatis fuisse adnotavit Ruhnkenius praef. in Rutil. Lup. p. XXVI . praeterea in inscriptione libri dicitur vir clarissimus comes primi ordinis . dignitatem autem comitum primi secundi tertii ordinis, de

qua dixit Mommsenius mem. dell' Inst. v. II p. 302 et Herm. v. IV p. 127, post Constantini aetatem institutam esse scimus . ex posterioribus scriptoribus unus Cassiodorius huius libri mentionem fecit, instit. div. lect. c. 15 p. 517 ed. Gar., *regulas igitur elocutionum latinarum, id est quadrigam Messi, omnimodis non sequaris, ubi tamen priscorum codicum auctoritate convinceris.* sed exemplis ab Arusiano compositis usus est Priscianus, qui in duodevicesimo libro institutionum grammaticarum saepius elocutiones verborum et nominum iisdem exemplis, quae ille adscripserat, confirmata posuit . certissima eius re indicia inveniuntur in his, p. 216,22 *abundans*, p. 277,6 *averto*, p. 273,3 *medicor*, p. 274,9 *praestolor*, p. 333,27 *potior*, p. 292,8 *propius.* similis consensus exempla cum apud alios grammaticos tum apud Nonium inveniuntur . sed ea et numero pauciora sunt et ita comparata, ut ex communi fonte potius quam ex ipso Arusiani libro petita sint.

# ARVSIANI MESSII
## EXEMPLA ELOCVTIONVM

EX VERGILIO SALLVSTIO TERENTIO CICERONE DIGESTA PER LITTERAS

---

p. 209 ed. Lind.

Abundans illius rei, Verg. in buco. *(2,20)* 'nivei quam lactis abundans'. abundans illa re, Cicero pro Cornelio libro II 'quis tam abundans copiis . abundat illa re, Cic. pro Cluentio *(65,184)* mulier abundat audacia . abunde est huius rei, Verg. Aen. VII *(552)* terrorum et fraudis abunde est.

Ardet illa re, Verg. Aen. XI *(782)*

femineo praedae et spoliorum ardebat amore .

ardet illam rem, idem in buc. *(2,1)*

formosum pastor Corydon ardebat Alexim .

ardet in illa re, Salust. bello Catil. *(5,4)* ardens in cupiditatibus . ardet in illam rem, Verg. *Aen. VII (623)* ardet in excitam Ausoniam.

Avertit hac re, Verg. Aen. I *(38)*

nec posse Italia Teucrorum avertere regem .

avertit ab illa re, Cic. Philip. *(VII 28)* ab urbe M. Antonii impetus in Galliam avertit. aversus ab illo, Cic. in Catil. III *(9,21)* tam aversus a vero .

Accingo me huic rei, Verg. Aen. I *(210)*

illi se praedae accingunt dapibusque futuris .

---

*Codex Parrhasii* 1 Incipit Arusiani Messi uc. or. comitis primi ordinis exempla elocutionum | Ex uergilio Salustio Terentio Cicerone digesta per litteras. *Arusiani nomini eadem manu superscriptum est* Cornelii frontonis *detrita, ut videtur, ante* Cornelii *littera* a 14 Aen. VII *om.* 17 Autonium *corr.* Antonii 18 tam] Iam 21 illi se hüic praedae

---

*M editiones Angeli Maii Mediolanensis a. 1815 et Romana a. 1823*
*G codex Wolfenbuttelanus Gudianus 281*
*P codex Leidensis Perizonianus 84*
4 Abundans] *Prisc. l. XVIII p. 216* 15 Avertit] *Prisc. l. XVIII p. 277* 17 M. Antonii impetus nefarios ab urbe in Galliam avertit *Cicero*

p. 210 L.

accingor illam rem, | idem Aen. IIII *(493)* magicas invitam accingier artes. accingo illi illam rem, idem Aen. XI *(489)* laterique accinxerat ensem. accingor illa re, idem Aen. VII *(640)* fidoque accingitur ense.

Appulit huic rei, Verg. *Aen.* I *(377)*

forte sua Libycis tempestas appulit oris.

appulit ad hoc, Ter. in Andria *(prol. 1)*

poeta cum primum animum ad scribendum appulit.

Avidus hoc facere, Verg. Aen. XII *(290)* avidus confundere foedus. avidus illius rei, idem Aen. VIIII *(661)* ergo avidum pugnae dictis, Salustius hist. IIII avidior modo properandi factus. avidus ad hanc *rem,* Ter. Eun. *(I 2,51)* aliquantum ad rem est avidior.

Abnuo fieri hoc, Verg. Aen. X *(8)*

abnueram bello Italiam concurrere Teucris.

abnuo de illa re tibi, Salust. bello Iug. *(84,3)* neque illi senatus de ullo negotio abnueret. abnuo tibi hoc, idem hist. I nihil ob tantam mercedem sibi abnuituros.

Amicus illi, Verg. Aen. VIIII *(774)* et amicum Crethea Musis. amicus illius, Ter. Adel. *(Phorm. I 1,1)*

amicus summus mei et popularis Geta.

Adhibet illi, Verg. Aen. V *(62)* adhibete penates et patrios epulis. adhibet in illum, Cic. de domo sua *(23,60)* crudelitatem expromo, quam in me ipsum ac meos adhibuistis. adhibet in illo faciendo, Cic. Siciliensi *(in Verr. II 77,189)* adhibentur in scribendo viri primarii.

Adiuro hoc, Verg. Aen. XII *(816)*

adiuro Stygii caput implacabile fontis.

adiuro per hoc tibi, Ter. Andria *(IV 2,11)* per omnes tibi adiuro deos.

Aestimo hoc illa re, Cic. in Ver. de suppliciis *(in Verr. V 9,23)* haec vero, quae vel vita redimi recte possunt, aestimare pecunia non queo. aestimo hoc ex illa re, Sal. bel. Catil. *(10,5)* amicitias inimicitiasque non ex re, sed ex commodo aestimare.

---

*Codex Parrhasii* 5 Aen. *om.* 6 Lybicis 9 hoc] ho 12 rem *priore loco om.* 21 Aen. V] Aen. VIIII

---

12 aliquantulum *M* 16 abnueret] abnuerat *GP*, abnuere audebat *Sallustius* 19 Adel *pro* Phormione *scriptum errori grammatici videtur tribuendum esse, nisi excidit versus Adelph. IV 5,17* hic meus amicus illi genere est proximus 20 mei] meus *Terentius* 23 in ipsum me *Cicero* 24 adhibentur in exscribendo de conventu viri primarii *Cicero* primarii viri *ex G edidit Lindemannus*

. 210. 211 L.

Abutor illa re, Cic. in Catil. I *(1,1)* abutere, Catilina, patientia nostra . abutor illam rem, Sal. bel. Catil. *(13,2)* quibus mihi videntur ludibrio fuisse divitiae, quippe quas habere honeste licebat, abuti per turpitudinem properabant, Ter. Andria *(prol. 5)*

nam in prologis scribendis operam abutitur. |

Abdicat se illa re, Cic. in Catil. libr. III *(6,14)* Lentulus cum se praetura abdicasset . abdicatur illa res, Sal. bello Catil. *(47,3)* senatus decernit uti abdicato magistratu Lentulus * .

Amplius illa re, Cic. frumentaria *(in Verr. III 19,49)* quid si duabus partibus doceo te amplius frumenti abstulisse quam populo Romano misisse, Sal. bello Catil. *(56,2)* amplius duobus milibus. amplius illam rem, idem in eodem *(59,6)* amplius annos triginta cum magna gloria fuerat .

Adversus illius, Sal. Iug. *(43,1)* acri viro et quamquam adverso populi * id est adversus illi nobilitatis.

Adversum te pro apud te, Ter. Andria *(I 1,15)*

et id gratum fuisse adversum te habeo gratiam.

Ad et apud confuse ponuntur, Verg. Aen. I *(24)*

prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis,

idem Aen. XI *(288)*

quicquid apud dirae cessatum est moenia Troiae,

Ter. Adel. *(III 5,2)* ego Micionem, si ad forum est, conveniam, idem Andria *(II 1,2)* apud forum modo e Davo audivi, Cic. pro Roscio *(p. Rosc. Amer. 15,44)* ac tantum modo aleretur ad villam, Ter. Adel. *(IV 1,1)* apud villam est, Sal. Iug. *(101,6)* ibi latine — nam ad Numantiam loqui didicerat — exclamat . ad quidam pro iuxta vel circa poni dicunt Siciliensis exemplo *(in Verr. II 6,17)*

---

*Codex Parrhasii* 7 abdicatur illa res] abdicat illa re 9 Cic. frumentariae 12 amplius ad illam rem annos] ad nos 14 et quamquam] aequum 19 primo 20 Aen. XII 21 dirae] troiae dirae, *sed* troiae *subducta lineola notatum* 22 mitionem 25 latinae

---

3 honeste habere *Sallustius* 7 abdicata illa re, '*nisi malis* abdicat illam rem' *Maius in editione Mediolanensi* senatus decernit uti abdicato magistratu Lentulus itemque ceteri in liberis custodiis habeantur *Sallustius* 12 amplius annos triginta tribunus aut praefectus aut legatus aut praetor cum magna gloria in exercitu fuerat *Sallustius* 14 acri viro et quamquam adverso populi partium, fama tamen aequabili et inviolata *Sallustius* . *apud Arusianum sequebatur elocutio* adversus illi *cum suo exemplo, quae in codice ita corrupta sunt, ut restitui nequeant . integrum versum excidisse coniecit Lindemannus addita coniectura* '*nisi forte locum sic constituendum putes*, adverso populi . idem: adversus ille nobilitatis, *ut intelligatur aliud exemplum a Salustio mutuatum*' 21 durae *codices Vergilii* 22 si apud forum est *codices Terentii* 26 apud Numantiam *codices Sallustii*

p. 211. 212 L.

statim Romae et ad urbem quaerere et agitare cum suis coepit, id est in urbe et profectus iam circa urbem . sed gravius adfertur exemplum primae actionis in Verrem *(8,22)* ex his quasi decem fiscos ad senatorem illum relictos.

Adsuesco illis rebus, Verg. Aen. VIII *(174)* sociorum adsuescite mensis . adsuesco illam rem, idem Aen. VI *(833)* ne tanta animis adsuescite bella . adsuetus illi rei, Verg. Aen. VII *(490)* mensaeque adsuetus herili . adsuetus facere, idem Aen. VIIII *(511)*

adsueti longo muros defendere bello .

Adsidet illi, Cic. Siciliensi *(in Verr. II 34,83)* Sthenius est, hic qui nobis adsidet, Thermitanus * neque adsidere Gabinium aut alloqui in curia quisquam audebat . adsidet illum in illa parte, Sal. Iug. *(11,3)* dextra Adherbalem adsedit. |

Abhorrere illum, Cic. pro Cluentio *(14,41)* nemo illum convivio dignum iudicabat, omnes aspernabantur, omnes abhorrebant, omnes ut aliquam immanem ac perniciosam bestiam pestemque fugiebant . abhorrere ab illo, Ter. Hecy. *(IV 4,92)* abhorrere animum huic video a nuptiis.

Adnare ad eam rem, Cic. de rep. II *(4,9)* ut ad eam urbem quam incolas possit adnare . adnare illi rei, Verg. Aen. I *(538)* huc pauci vestris adnavimus oris.

Adgredior illum, Verg. Aen. IIII *(92)*

talibus adgreditur Venerem Saturnia dictis .

adgredior ad illud, Cicero pro Cluentio *(3,8)* adgredior ad crimen.

Accommoda huic rei, Verg. Aen. XI *(522)* accommoda fraudi armorumque dolis . accommodatus ad hanc rem, Cic. pro Cluentio *(13,36)* arte quadam praeditus ad libidines adolescentulorum excitandas accommodata . adcommodo huic rei, Verg. Aen. II *(393)* laterique adcommodat ensem . adcommodo ad hanc rem, Cic. de rep. I *(46,70)* adcommodabo ad eam, si potero, omnem orationem.

---

*Codex Parrhasii* 1 Roma 2 circa [iuxta] urbem *deleta v.* circa *et superscripta* iuxta *alia, ut videtur, manu* sed grauis his adfertur exemplum e prima factionis in Verrem 10 Siciliensis t[h]aenius 13 Iug.] uirg. 15 aspernebantur 16 pestemque aspernebantur fugiebant, *sed deleta v.* aspernebantur 26 accommodatus] accommoda 28 accommodata] accommodatum 30 ad ea

---

2 gravius adfertur *Houvenus p. 37,* grave his adfertur *MP*, gravius his adfertur *ex G Lindemannus* 10 hic] is *codices Ciceronis* 11 Thermitanus . adsidere illum Cic. neque adsidere *M . alterum Ciceronis exemplum ex libro de suis consiliis depromptum esse suspicatur Beierus Cic. orat. fragm. p. 196* 24 adgrediar ad crimen *Cicero* 28 adcommodo] *Non. p. 244* 30 accommodabo ad eam, si potuero, omnem illam orationem *codex Ciceronis*

Aeger illius, Sal. hist. IIII consilii aeger . aeger illo, idem bello Catil. *(59,4)* pedibus aeger . aegre mihi est, Ter. Hecy. *(II 1,30)* nequid aegre esset mihi.

Avulsum illi, Verg. Aen. II *(558)* avulsumque humeris caput . avulsum ab illo, Ter. Eun. *(III 3,14)* huc sperat se a me avellere.

Applicat huic rei, Verg. Aen. XII *(303)* terrae applicat ipsum. applicat ad hanc rem, Cic. in Siciliensi *(in Verr. II 1,2)* se ad amicitiam P. R. fidemque applicavit.

Ago illa re, Cic. pro Ligario *(4,10)* quam isto modo a te agi maluisset . ago illam rem, Sal. hist. III amittendum morem hunc quem agitis, Verg. geor. IIII *(154)* magnisque agitant sub legibus aevum.

Adit ad illum, Cic. ad Auxium lib. I ad Marcum Bibulum adierunt, Ter. Andr. *(IV 1,15)* adeamne ad eam. | adii illum, Cic. pro Scauro *(25)* adii causas oratorum . adii in illum, idem de signis *(in Verr. IV 11,26)* priusquam Romam atque in horum conventum adieritis.

Adsum illi, Cic. pro Cornelio lib. I das enim mihi facultatem eos qui tum adfuerint Cornelio nominandi . adsum ad hoc, idem pro Cornelio facite ut facitis, qui ad causam adestis .

Abduco ab illis, Cic. pro Deiotaro *(11,31)*, tu ab avo abduxisti . abduco illis, Verg. Aen. X *(79)* et gremiis abducere pactas.

Adiuto hoc illos, Cic. ad Auxium I si tu aliquid nos adiutare potes . adiuta hoc illis, Ter. Hecy. *(III 2,24)*
tu pueris curre, Parmeno, obviam atque his onera adiuta.

Admovit ad hanc *rem*, Cic. de rep. II *(3,5)* neque enim ad mare admovit, quod ei fuit facillimum . *admovit illam rem illi*, Verg. Aen. XII *(171)* admovitque pecus flagrantibus aris.

Ad illius quaero, ut subaudiatur templum sive fanum, Cic. pro Quintio *(4,17)* non satis erat * m deberetur, nisi ad Catonis

---

*Codex Parrhasii* 8 P. R.] pater 9 a te] ad te 11 agitant] astaret 13 Adit illam rem *corr.* Adit ad illum 23 Adiuto] Adiuta adiuta] Adiutat 26 rem *om.* 27 admovit illam rem illi *om.* 28 pecus] pectus 29 quaero] puër

---

5 hunc sperat *MGP* . credo ei placere hoc, sperat se a me avellere *Terentius* 7 se ad amicitiam fidemque populi Romani applicavit *Cicero* 9 a te agi *Cicero* 10 hist. III] *in oratione Macri § 14* omittendum *codex Vaticanus Sallustii* 11 magnisque agitant *Vergilius* 13 ad Auxium] *cf. Suet. Caes. 9* de hac significare videtur et Cicero in quadam ad Axium epistula referens 14 adeamne ad eum *Terentius* 15 adii casas aratorum *Ciceronis codex Taurinensis* 17 adiretis *Cicero* 18 da enim *M* 19 adfuerunt *M* 23 si tu nos aliquid *M* 29 ad illius quaero *GP* 30 non satis erat in tabulis inspexisse, quantum deberetur, nisi ad Castoris quaesisses, quantum solveretur *Cicero*

p. 213. 214 L.

quaesisses, quantum solveretur, idem pro Cluentio *(36,101)* sicut in statuis inauratis, quas posuit ad Iuturnae, idem Philip. I *(7,17)* pecunia utinam ad Opis maneret.

Absente me singulari numero, Cic. Philipp. I *(2,6)* et absente populo et invito. absente *nobis* plurali numero, Ter. Eun. *(IV 3,7)*

nescio quid profecto absente nobis turbatum est domi.

Alienum hac re, Cic. pro Quintio *(31,98)* nihil tamen alienum vita superiore commisit. alienum ab hac re, Ter. Adel. *(V 8,21)* alienum a vita mea.

Anteeo illum hac re, Ter. Phor. *(II 1,17)* herum anteeo sapientia. anteeo illi hac re, Cic. Philip. VIIII *(1,1)* sed cum Servius Sulpicius aetate illis anteiret, sapientia omnibus.

Adfixa huic rei, Verg. Aen. VIII *(196)* foribusque adfixa superbis ora virum. adfixa in hac re, Cic. Philip. XI *(2,5)* idque adfixum gestari iussit in pilo, idem de suppliciis *(in Verr. V 53,139)* in animo sensuque meo penitus adfixa est.

Accedo illam rem, Verg. Aen. I *(200)* penitusque sonantis accestis scopulos. accedo ad illum, | Ter. Phor. *(prol. 29)*

voluntas vestra si ad poetam accesserit,

Cic. de suppliciis *(in Verr. V 3,6)* quam ad Peloridem accedere.

Auctor huius rei, Verg. Aen. XII *(159)* auctor ego audendi. auctor hanc rem, Ter. Adel. *(V 8,16)* idne estis auctores mihi?

Aequipero illum, Verg. buc. *(5,48)*

nec calamis solum aequiperas, sed voce magistrum.

aequo illum, Verg. Aen. X *(248)* et ventos aequante sagitta. aequo illa, *id* est paria facio, idem Aeneidos V *(419)* aequemus pugnas.

Adsurgo illi, Verg. buc. *(6,66)*

atque viro Phoebi chorus adsurrexerit omnis,

Sal. hist. V Syllam dictatorem uni sibi descendere equo, adsurgere sella, caput aperire solitum.

Ab integro, Verg. buc. *(4,5)* magnus ab integro saeclorum: sic

---

*Codex Parrhasii* 5 nobis *priore loco om.* 11 Sulpitius 18 ad illum] ad illam 20 Pelori aedem 26 id *om.* 28 adusurrexerit 31 secūlorum

---

7 nihil tam alienum *M*, nihil alienum tamen *Cicero* 12 aetate illos anteiret, sapientia omnis *Ciceronis codex Vaticanus* 18 accedo ad illum *Lindemannus* 20 ad Peloridem accedere *Cicero* 25 aequo illa id est paria facio *G P* aequo id est paria facio *M* 28 atque] utque *Vergilius* 29 Sal. hist. V] *Non. p. 236* 31 magnus ab integro Cic. pro Cluentio Ecce autem de integro funus iam sepulto filio facit *M*, '*in codd. laudatur hic locus ex Terentii Adelphis*' *Maius : correxit Lindemannus*

p. 214. 215 L.

Ter. Adel. *(I 2,73)* ecce autem de integro, *Cic. pro Cluentio (9,28) de integro* funus iam sepulto filio facit .

Adprima vel adprime, Verg. *geor.* II *(134)* flos adprima tenax, Ter. And. *(I 1,34)* adprime *in vita esse utile, idem Hecy. (II 2,5)* meis me omnibus scio esse adprime obsequentem .

Ad pro usque, Verg. geor. IIII *(428)* ad limum radiis tepefacta coquebant, idem Aen. V *(687)* si nondum exosus ad unum.

Adfectat illam rem, Verg. geor. IIII *(562)* viamque adfectat Olympo, Ter. Heaut. *(II 3,60)* ad dominas qui adfectat viam.

Ambobus pro utrisque, *Verg.* Aen. I *(458)*

Atridas Priamumque et saevum ambobus Vlixem.

Amens animi, Verg. Aen. IIII *(203)* isque animi amens. |

Adferimur hunc locum, Verg. Aen. VII *(216)*

consilio hanc omnes animisque volentibus urbem
adferimur.

Adsimulatus illi vultu, Verg. Aen. XII *(224)* formam adsimulata Camerti .

Attonitus hac re, Verg. Aen. XII *(610)* coniugis attonitus factis.

Adnixus hac re, Verg. Aen. XII *(92)* ingenti adnixa columna.

Admonet illius rei, Sal. Catil. *(21,4)* admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suae . admonet hoc fieri, Verg. Aen. *XI (252)*

fatalem Aeneam manifesto numine ferri
admonet ira deum.

Atrox huius rei, Sal. hist. II ipse animi atrox.

Abest tot milia, Sal. Iug. *(48,3)* a quo aberat mons ferme milia XX, Cic. pro Corn. I sed ab urbe dierum abfuerunt iter complurium, idem pro Cluentio *(9,27)* Teano, quod abest a Larino XVIII milia passuum.

---

*Codex Parrhasii* 1 Cic. pro Cluentio de integro *om.* 3 geor. *om.* 4 Ter. and. adprime meis me omnibus 10 Verg. *om.* 12 Amens animi Virg. Aen. IIII consilio hunc omnes animisque volentibus isque animi amens. Adferimur hunc locum Virg. Aen. VII urbem adferimur 21 XI *om.* 25 ferme ml. XX 26 sed ad urbem dierum fuerit trēs complurium idem pro Cluentio in eo quod est ab a (*deleto* a) larino

---

3 flos ad prima tenax . Ter. Hec. Phidippe (*'codd.* adprime *hic et postea'*) meis me omnibus *Maius* 5 adprime scio esse *G* 6 radii *Vergilius* 9 adfectant viam *Terentius* 11 Vlixem] Achillem *Vergilius* 12 isque amens animi *Vergilius* 18 factis] fatis *Vergilius* 25 ferme milia passuum XX *Sallustius* 26 sed ad urbem dierum tres fuerunt complurium *M* sed ad urbem dierum fuerit iter complurium *G*, sed ab urbe dierum abfuerit iter complurium *Orellius Cic. fragm. p. 937 ed. sec.*, sed ab urbe dierum iter afuerunt complurium *Nipperdeius Philol. v. III p 147* 27 Teano (*vel.* Teani Appuli) quod abest a Larino *codices Ciceronis*

p. 215. 216 L.

Animadverti in eum, Sal. Catil. *(51,21)* ut prius verberibus in eos animadverteretur.

Artifex huius rei, Sal. Iug. *(35,5)* per homines talis negotii artifices.

Adflictus illam rem, Sal. hist. III adflicti alveos undarum *vi* mulcato corpore interibant, idem hist. II † circumventis dextera nuda ferrum erat saxa aut quid tale capit adfligebant . adflictus ea re, Cic. in Catil. II *(1,2)* quanto tandem illum maerore esse adflictum et profligatum putatis.

Altum pedes tot, Sal. hist. IIII clausi lateribus altis pedem. |

Anxius huius rei, Sal. hist. IIII anxius animi atque incertus.

Accepit in illa re, Cic. de suppliciis *(in Verr. V 1,3)* de eo vulnere multa dixit, quod ille ab hostium duce in capite acceperat. accepit illa re, Verg. georg. IIII *(362)*

accepitque sinu vasto misitque sub amnem.

Adstringo tibi hoc, Teren. Eu. *(I 2,22)* tibi meam adstringo fidem.

Adquiesco in hoc, Cic. pro Deiotaro *(2,5)* in tuo ore vultuque adquiesco.

Adiudico illud huic, Cic. pro Corn. II si vos huius fortunas pau- corum odio adiudicaveritis.

Admittit in se crimen, Ter. Phor. *(II 1,40)* culpam Antipho in se admiserit.

Aversor illum, Sal. hist. V regem aversabatur.

Adludit ad hoc, Ter. Eu. *(III 1,34)* habui scortum, coepit ad id adludere .

Anteverto tibi, Ter. Eu. *(IV 5,12)* miror ubi ego huic anteverterim.

Attendo animum, Ter. Andr. *(prol. 8)* animum attendite.

---

*Codex Parrhasii* 3 tales 5 histo. III undarum malcato 8 maerore] merorr 25 cepit 27 ubi huic ego huic, *deleto priore loco* huic

---

5 hist. III] *Non. p. 406* adflicti alveis undarum vi mulcato foede corpore intereunt *Nonius* alveo *GP* 6 circumventi dextra, unde ferrum erat, saxa aut quid tale caput adfligebant *M*, circumventus dextera nuda ferramenta aut quid tale capita adfligebat *conieci ind. lect. Hal. aest. a. 1879 p. IX . alia coniecerunt Kritzius Sall. hist. fragm. p. 182 et Dietschius Sall. hist. fragm. p. 53* 7 capit] caput *codex Ambrosianus Maii*, capita *G* 12 de illo vulnere, quod ille in capite ab hostium duce acceperat, multa dixit *Cicero* 22 culpam ut Antipho in se admiserit *Terentius* 24 regem adversabatur *codices Maii* 29 animum advortite *codices Terentii:* advertite, legitur et attendite *Donatus in Ter. l. c.*, animo attendite *Nonius p. 39 . ad Phorm. prol. 24* nunc quid velim animum attendite *rettulit Lindemannus*

Ausculto illi, Ter. Adel. *(V 7,8)* vis tu huic seni auscultare.

Abstinet se illa re, Ter. Hecy. *(I 2,64)*

plus potus sese illa abstinere ut potuerit.

*abstinet illa re,* Cic. de rep. I *(3,6)* nec vero iam meo nomine abstinet.

Adulat illum, Cic. in Pis. *(41,99)* adulantem omnes, idem Tusc. II *(10,24)* nostrum adulat sanguinem.

Affluit illa *re,* Cic. pro Cluentio *(66,188)* domumque illam scelere omni affluentem.

Aspernor illam *rem* a me, idem pro Cluentio *(68,194)* a suis aris atque templis nefarias preces aspernatos deos esse confido. aspernor illum, idem pro Cluentio *(14,41)* nemo illum aditu, nemo convivio dignum iudicabat, omnes aspernabantur.

Avocat ab illa re, Cic. de rep. I a qua isti avocabant.

Abalienas illam *rem* a te, Cic. Siciliensi *(in Verr. II 64,155)* maximum numerum abs te abalienasti.

Adrepsit *ad illam rem,* Cic. frument. *(in Verr. III 68,158)* ad istius amicitiam adrepserat. |

Administrat provinciam, Cic. de signis *(in Verr. IV 64,144)* quod vigilanter provinciam administrasset.

Adspirat illi, Verg. Aen. II *(385)* adspirat primo fortuna labori. adspirat ad illud, Cic. in divinatione contra Caecilium *(5,20)* qui ad alienam causam accedere aut adspirare audeat.

Adolet aras, Verg. Aen. VII *(71)* adolet *dum altaria taedis, idem Aen. I (704) flammis adolere* penates. adolescunt arae, idem geor. IIII *(379)* Panchaeis adolescunt ignibus arae.

Alligat ad hoc, Cic. de suppliciis *(in Verr. V 5,10)* et ad palum alligabantur.

---

*Codex Parrhasii* 1 Absculto abscultare 2 Ter Ecy plus potuisse illa 3 potuerint 4 abstinet illa re *om.* 6 Adulant illum ide 8 re *om.* 10 rem *om.* 12 aspernor illum] asperno illum aditu] adit 13 aspernebatur 15 abalienat illam a te 17 ad illam rem *om.* 22 Caecilium] Caelium 24 Adolet aras Virg. Aen. V̄ adolet penates 26 Pancheis 27 pallum *corr.* palum

---

3 plus potus, sese illa abstinere ut potuerit *Terentius* 4 nec vero iam nomine abstinent *codex Ciceronis* 10 quin etiam nocturna sacrificia, quae putet occultiora esse, sceleratasque eius preces et nefaria vota cognovimus — cuius ego furorem atque crudelitatem deos immortales a suis aris atque templis aspernatos esse confido *Cicero* 14 avocabant] avocant *M P* 24 Adolet aras Virg. Aen. I adolet (adolere *G P*) Penates. Adolescunt arae *M G P*. *tria Vergilii exempla, quae restitui, et praeter haec quartum bucol. 8,65 posuit Nonius p. 58* 28 alligantur *Cicero*

p. 217. 218 L.

Avius ab illa re, Cic. pro Sylla *(30,83)* et avius a sanitate.

Ante exspectatum pro antequam expectatur, Verg. geor. III *(348)*

ante exspectatum positis stat in agmine castris .

Audet hoc, Cic. Philip. II *(7,16)* quid enim est quod tu non audeas? audet hoc facere, Verg. Aen. V *(379)*

audet adire virum manibusque inducere *caestus*.

audet in hoc, Verg. Aen. II *(347)*

quos ubi confertos audere in proelia vidi.

Acer his rebus, Verg. geor. III *(7)* humeroque Pelops insignis eburno, acer equis .

Arrisit illi, Symmachus ad Theodosium imperatorem beatum iam parvulum meum cui pium .

Bibit illud, Verg. Aen. I *(749)*

infelix Dido longumque bibebat amorem .

bibit illo poculo, idem geor. II *(506)* gemma bibat . bibere dat, Cic. Tusculanarum *(I 26,65)* ut Iovi bibere ministraret.

Bellum cum illo gerit, Cic. in Hortensio qui cum hodie bellum cum mortuo gerunt, Verg. Aen. XI *(305)*

bellum importunum, cives, cum gente deorum
invictisque viris gerimus .

bellum contra illum gerit, Cic. Philip. III *(1,1)* cum bellum nefarium contra vitam fortunasque nostras *non* cogitari, sed geri iam viderem . bello bonus, Verg. Aen. VIII *(480)* gens bello praeclara . belli pro ‘in bello’, Ter. Heaut. *(I 1,60)* rem et gloriam armis belli repperi, Sal. Iug. *(41,7)* paucorum arbitrio belli domique agitabantur. |

Benivolus illi, Cic. pro Flacco quam benevolum hunc populo Romano, quam fidelem putatis.

---

*Codex Parrhasii* 1 pro Syllae et auia sanitate 2 expectatur] expectatus III] IIII 6 caestus *om.* 8 proelia] prelia 11 Symmachi 13 Aen. IIII infoelix 15 bibat bibere dat *non indicato novae elocutionis initio* 18 cum mortuo cives cum gente Deorum gerunt, *sed deletis verbis* cives cum gente Deorum 22 non *om.*

---

1 adeone vobis alienus a sanitate, adeo oblitus constantiae meae, adeo immemor rerum a me gestarum esse videor *Ciceronis codices* . alienus et avius *legisse videtur Arusianus . exempla elocutionum* alienum hac re *et* alienum ab hac re *posita sunt supra p. 454,7* 2 ante expectatum : dicto citius, antequam eius expectetur adventus *Servius in Verg. l. c.* 4 quid autem est *Ciceronis codices* 11 Symmachus *G P . Symmachi exemplum interpolatori tribuit Houvenus p. 37* 17 quicum mortuo hodie bellum gerunt *G . fortasse* qui hodie bellum cum mortuo gerunt 18 gerant *M* 21 cum bellum nefarium contra aras et focos, contra vitam fortunasque nostras ab homine profligato ac perdito non comparari, sed geri iam viderem *Cicero* 22 non cogitari *P M* non cogitavi *G* 25 agitabatur *Sallustius* 26 quam benivolum *G P M . in ea parte orationis quae superest verba non leguntur*

Certo contra te, Sal. Catil. *(59,5)* contra latrones inermes pro patria certare . certo tibi, Verg. buc. *(5,8)* solus tibi certet Amyntas . certo cum his, Sal. Iug. *(6,1)* cursu cum aequalibus certare . certamus inter nos, idem Iug. *(52,1)* inter se duo imperatores, summi viri, certabant.

Contendo tecum, Sal. Catil. *(53,3)* cum magnis legionibus hostium contendisse . contendo tibi, Verg. geor. II *(96)* nec cellis adeo contende Falernis.

Certamen illi cum illo est, Cic. pro Cor. I quid enim? mihi certamen est cum accusatore aut contentio ? certamen est ille cum illo, Verg. buc. *(7,16)*

et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum .

Cogo domum te, Sal. hist. I maturaverunt exercitum Dyrrachium cogere . cogo te domi, Verg. buc. *(6,85)*

cogere donec oves stabulis numerumque referre
iussit.

Concurrunt inter se, Verg. Aen. X *(436)*

ipsos concurrere passus
haut tamen inter se summi regnator Olympi.

concurrit ille illi, Verg. Aen. VIII *(692)* aut montes concurrere montibus altos, idem Aen. I *(493)* audetque viris concurrere virgo.

Coruscus hac re, Verg. Aen. II *(470)* et luce coruscus aëna . coruscat hac re, idem geor. IIII *(98)* elucent aliae et fulgore coruscant . coruscat hanc rem, idem Aen. X *(652)* strictumque coruscat mucronem.

Consulo illam rem, Verg. Aen. XI *(343)*

rem nulli obscuram nostrae nec vocis egentem
consulis, o bone rex, |

et Sal. Catil. *(51,4)* quae reges atque populi male consuluerint .

---

*Codex Parrhasii* 3 cursu] curru 4 idem in Iug. 9 Cartamen illi cum illa est 10 ille] illi 13 Dyrrachium] brachium 19 haut] aut Olimpi 20 ille] illo 22 Concursus *primo loco corr.* coruscus *alia manu, ut videtur* 23 IIII] III

---

2 certet] certat *G* 3 cursu *Sallustius* 7 adeo] ideo *Vergilius* 9 quod enim mihi certamen *Patricius in Cic. fragm. orat. p. 976 ed. Graev.* 10 certamen est ille cum illo *Burmannus apud Houvenum p. 38 coll. Serv. in Verg. l. c.,* figurate locutus est magnum certamen ille cum illo erat 13 Durachium brachium *P* Durachium *G.* 'Dyrrhachium *autem posui pro* brachium, *quod ita in libro Elnonensi esset' Carrio in Sall. hist. fragm. p. 35 ed Hav.* 19 haut tamen inter se magni regnator *Vergilius* 22 telis et luce coruscus *Vergilius, idque Arusianum posuisse puto* 23 et lucent *PG* 29 qui reges atque populi ira aut misericordia impulsi male consuluerint *Sallustius, ubi* quae *pro* qui *a correctoribus codicum scriptum est* consuluerunt *GM, codex Vaticanus Sallustii*

p. 219 L.

consulo illi rei, Cic. in Pis. *(10,23)* reip. consulendo, Sal. Catil. *(6,6)* reip. consultabant . consulit de hac re, Sal. Catil. *(51,1)* qui de rebus dubiis consulant . consulit in illum, Ter. Heaut. *(III 1,28)*

quia pessime istac in te atque illum consulis.

Circumdat hoc illi rei, Verg. Aen. XII *(88)* circumdat loricam humeris . circumdata haec res illam rem, Sal. hist. I occupatusque collis editissimus et eum multa opera circumdata . circumdatur haec res illa re, Verg. Aen. I *(593)*

argentum Pariusve lapis circumdatur auro .

Corruptus ab illa re, Sal. Iug. *(31,2)* ab ignavia atque socordia corruptus . corrumpens illo pretio, Cic. pro Cluentio *(25,68)* sescentis milibus nummum se iudicium corrupturum esse dixerat.

Celat illum quem occultat, Verg. Aen. X *(417)* silvis genitor celarat Alesum . celatus qui fallitur et ignorat, Ter. Hecy. *(IV 4,23)* nosne hoc celatos tam diu . celat te de hoc, Cic. de signis *(in Verr. IV 12,29)* dixit cupisse *te* celare de faleris.

Consuevit illa muliere, Ter. Adelf. *(IV 5,32)* qui illa consuevit prior. *consuevit cum* illa muliere, *idem Hecy. (IV 1,40)* quicum tot consuevisset annos . consuetam habeo illam rem, Sal. Iug. *(85,7)* et pericula consueta haberem . consuevit *cum illa muliere* in illa *re*, Ter. Phor. *(V 6,33)* cum eius consuevit olim [cum] matre in Lemno.

Cernere erat hoc, id est hoc videbatur, Verg. Aen. VIII *(675)* Actia

---

*Codex Parrhasii* 1 consulor illi rei 5 XII] II 6 haec res] hac re 7 circumdatur haec res illa re] circumdat haec res illam rem 10 ignaviat *corr.* ignavia soccordia 11 precio 13 X] XII genito 15 de signis dixit . cupis se celare de falernis . Consuevit illa re Ter. adelf. quïlla consuevit prior illa muliere qui cum cum qui cum tot consuevisset annos Consuetum ab eo illam rem 20 consuevit in illa Ter.

---

2 de rebus dubiis consultant *Sallustius* 4 istuc *codices Terentii* 6 Circumdat hac re illam rem Sal. hist. I occupatusque collis editissimus eum multa opera circumdat *ex Gudiano codice edidit Lindemannus*, Circumdat hac re — editissimus cum (*superscr.* vel eum) multa opera circumdata (*superscr.* vel circumdat) *P . Sallustii exemplum Priscianus l. XV p. 66,19 posuit,* Sallustius in I historiarum — 'repulsus a Lete oppido' et 'apud Ilerdam eum multa opera circumdata' . *inde Dietschius Sall. hist. fragm. p. 24* occupatusque collis editissumus apud Ilerdam; eum multo opere circumdat *scripsit . emendatis grammatici verbis in elocutione praescripta apud Sallustium* eum multa opera circumdata *defendi ind. lat. Hal. aest. a. 1879 p. IX* 7 et cum multa opera circundata *M* 16 dixit Phylarchus pro testimonio se, quod nosset tuum istum morbum, ut amici tui appellant, cupisse te celare de phaleris *Cicero* 17 qui illa consuevit prior illa muliere idem Hecyr. qui cum tot consuevisset annos *P* 19 consuetam habeo illam rem *M* uti omnes labores et pericula consueta habeam *Sallustius*

bella cernere erat . cernitur nulli pro a nullo, idem Aen. I *(440)* neque cernitur ulli.

Condono tibi hoc, Sal. Iug. *(27,2)* ut Iugurthae scelus condonaretur . condonatur illam rem, Ter. Eun. *(prol. 17)*

habeo alia multa, quae nunc condonabitur,

idem Phor. *(V 8,54)* argentum quod habes condonamus te. |

Conscius huius rei, Verg. Aen. XI *(812)* conscius audacis facti . conscius huic rei, Cic. de signis *(in Verr. IV 56,124)* temeritati meae et mendacio meo conscius.

Cultorem sui, Sal. hist. IIII collegam minorem et sui cultorem exspectans. cultor horum, Verg. geor. I *(14)* et cultor nemorum . colens huius rei, Cic. pro Plancio *(33,80)* qui religionum colentes.

Congero ad illum, Cic. pro Deiotaro *(4,12)* ad quem cum dii atque homines omnia ornamenta congessissent . congero in illum, Cic. Philipp. V *(4,12)* pecunia congesta in illam domum . congestum illuc, Verg. buc. *(3,69)*

notavi
ipse locum, aëriae quo congessere palumbes.

Custos illarum rerum, Verg. geor. I *(17)* Pan ovium custos . custos illis rebus, Cic. *in* Catil. II *(12,27)* nullus est portis custos.

Criminor te illi, Ter. Eun. *(V 2,16)* metui ne me criminaretur tibi .

Compos animi, Ter. Adelf. *(III 2,12)* vix sum compos animi .

Commeritus erga me, Ter. Hecy. *(III 5,36)* nunquam quicquam erga me commeritast, pater.

Compertos scelere, Cic. Philip. XII *(7,15)* hos nunc omni scelere compertos tolerabiles censes civitati fore?

Credulus illis, Verg. buc. *(9,34)* sed non ego credulus illis .

Considere in illam rem, Verg. Aen. VIIII *(144)*

et non viderunt moenia Troiae
Neptuni fabricata manu considere in ignes .

considere his, idem Aen. I *(572)*

vultis et his mecum pariter considere regnis.

---

*Codex Parrhasii* 6 condonamur te 10 collega 19 geor. I] georg. 20 Cic. Catil. V nullus 21 criminaretur uxor tibi, *sed deleta v.* uxor 25 commeritust 26 hos] his 31 *post* ignes *praecedens elocutio cum exemplo,* credulus illis — illis, *repetita est* 32 idem virg. I

---

6 condonamus te *Terentius* 8 ut tot viros primarios velim — esse temeritati èt mendacio meo conscios, *omissa v.* meae *codices Ciceronis* 10 collegam *MPG* 24 quae numquam quidquam erga me commeritast, pater *Terentius* 26 hos nunc omni scelere coopertos *Cicero*, ubi copertos *codex Vaticanus* 30 at non *G Vergilius*, et non *superscr.* at *P*

Concedo gratiae, Cic. pro Corn. cur nunc redeant, si tunc gratiae concesserint . concedo in gratiam, Sal. hist. I quorum in gratiam plerique concesserant .

Coniurati hoc facere, Verg. Aen. VI *(georg. I 280)*

et coniuratos caelum rescindere fratres .

Commoritur illis, Sal. hist. I obviam ire et commori hostibus.|

Contiguus huic rei , Verg. Aen. X *(457)*

hunc ubi contiguum missae *fore* credidit hastae.

Confert hoc cum illo, Cic. in Pis. *(16,37)* confer, si audes, absentiam tuam cum mea . confert hoc illi, Verg. *Aen.* XII *(678)* stat conferre manum Aeneae .

Conlusit cum illo, Cic. Siciliens. *(in Verr. II 24,58)* tecum tum conlusisset .

Commune est hoc inter illos, Cic. Sicilien. *(in Verr. II 36,39)* ut diceres *inter* eos omnia esse communia . commune est illis hoc, idem pro Ros. *(p. Rosc. Am. 26,72)* quid est enim tam commune, quam spiritus vivis, terra mortuis?

Coniunctus cum illo, Cic. Siciliens. *(in Verr. II 68,163)* cum P. R. coniuncta est . coniunctus illi, Verg. *Aen.* VIII *(130)*

quodque ab stirpe foret geminis coniunctus Atridis.

Conversus ad te pro convertendus, Cic. pro Plancio *(20,50)* non dubito quin omnes conũ. ũ. f̃. m̃.

Conlocat in illo, Cic. pro Ros. *(p. Rosc. Am. 35,98)* in curru collocat Automedontem . conlocat illi, idem in Pis. homini levi et subito filiam conlocavit.

---

*Codex Parrhasii* 2 quorum in gratia 8 missae fore] misseae 9 confer] confert 10 Aen. *om.* 12 Conclusit tecum tuum conclusisset 15 inter *posteriore loco om.* communia terra mortuis Commune est 17 vivis] vrïs terra mortuis *hoc loco om.* 18 cum P. R.] cum rep. *corr.* cum P. R. *alia manu, ut videtur* 19 Aen. *om.* 20 quodque] quoque 21 Planco 24 Automedonte 25 filium

---

2 in gratia *utroque loco M* quorum in gratiam *PG et August. de civ. dei III 17,* quorum in gratia *olim Sallustii editores defenderunt : cf. Kritz Sall. hist. fragm. p. 13* 8 missae fore credidit hastae *Vergilius* 9 confer si audes *MG* confer nunc, confer si audes *P* : confer nunc, Epicure noster, ex hara producte, non ex schola, confer, si audes, absentiam tuam cum mea *Cicero* 12 tecum tum collusisset *apud Ciceronem ex editis ante Aldum exemplaribus recepit Zumptius,* tecum collusisset *vulgo legebatur* 14 ut diceres omnia inter eos esse communia *Cicero* 16 etenim quid est tam commune, quam spiritus vivis, terra mortuis *Cicero* 20 quodque a stirpe foret *Vergilius* 21 Conversurus ad te *et in exemplo Ciceronis* quin omnis ad te conversura fuerit multitudo *legendum esse vidit Garatonius Cic. orat. v. VII praef. p. IX, apud Orellium in Cic. p. Planc. p. 119* 24 Automedontem *PG Cicero,* Autumedontem *M* idem in Pis.] *cf. Ascon. in Cic. or. in Pis. p. 4 ed. Kiessl.* quis fuerit socer Pisonis patris, ipse supra dixit his verbis, 'Insuber quidam fuit — filiam collocavit' . *inde* filiam *restituendum esse vidit Maius*

p. 221. 222 L.

Convenit in illum, Cic. pro Deiotaro *(10,28)* tamen id maledictum minime in illam aetatem conveniret.

Congruunt illi inter se, Ter. Heaut. *(III 1,102)*

ne nos inter nos congruere sentiant.

Citius sive celerius hac re, Verg. *Aen.* I *(142)* et dicto citius tumida aequora placat, Sal. hist. illi tertio mense pervenere in Pontum multo celerius spe Mithridatis .

Despectus mihi est, Verg. buc. *(2,19)* despectus tibi sum, nec qui sim *quaeris* . despectus est a me, Cic. in Pis. *(41,99)* despecto a ceteris, a se ipso desperato. |

Dives illius rei, Verg. buc. *(2,20)* quam dives pecoris . dives illa re, Verg. Aen. IIII *(37)* quos Africa terra triumphis dives alit.

Donata mihi sunt *haec*, Verg. buc. *(3,13)* quae tu puero donata dolebas . donatus his sum, Verg. Aen. V *(268)* donati omnes opibusque superbi . donat hoc illi, Verg. Aen. V *(262)* donat habere viro decus . donat illum hac re, Verg. buc. *(5,85)*

hac te nos fragili donabimus ante *cicuta,*

Cic. in Pis. *(11,25)* me inaurata statua donarunt .

Decus tuis, Verg. buc. *(5,34)* tu decus omne tuis . decus tuorum, idem Aen. VIIII *(405)* astrorum decus et nemorum .

Dignus hac re, Verg. buc. *(3,109)* et vitula tu dignus et hic . dignus qui hoc faceret, Cic. in rheto. *(I 3,4)* dignus qui rem publicam gereret . dignus fieri, Verg. buc. *(5,54)* et puer ipse fuit cantari dignus et alibi *(buc. 5,89)* et erat tum dignus amari . dignor me illa re, Verg. Aen. I *(335)* haud equidem tali me dignor honore . dignatus illa re, id est dignus habitus, idem Aen. III *(475)*

coniugio, Anchise, Veneris dignate superbo .

Desine hoc facere, Verg. Aen. IIII *(360)*

desine meque tuis incendere teque querellis .

desine illam rem, Verg. buc. *(8,61)*

---

*Codex Parrhasii* 2 illam] illum 4 inter nos] in nos 5 Aen. *om.* 6 illi] illo 7 mitridatis 8 nec] ne 9 quaeris *om.* 13 haec *om.* 17 donavimus cicuta *om.* 22 rem publicam gereret] rem pergereret cantare 26 III] IIII

---

1 tamen hoc maledictum minime in illam aetatem conveniret *codices Ciceronis* 2 conveniet *M* 4 ne nos inter nos *MPG Terentius* 6 illi *P et editores Sallustii, qui in tertio historiarum libro (fr. 9 Kritz, fr. 12 Dietsch) verba collocaverunt* . Sallust hist. tertio, illo mense *coniecit Houvenus p. 44* 8 nec qui sim quaeris, Alexi *Vergilius* 9 despectum a ceteris, a te ipso desperatum *Cicero* 17 donabimus ante cicuta *Vergilius* 22 dignus qui rem publicam gereret *Cicero* 23 cantari *Vergilius*

p. 222. 223 H.

desine Maenalios, iam desine tibia versus,

Ter. Heaut. *(II 3,64)* mulier telam desinit [et deserit].

Dormit hac re, Verg. geor. II *(506)* et Serano dormiat ostro . dormit in illam sui corporis partem, Ter. Heaut. *(II 3,101)*

in utramvis aurem otiose ut dormias.

Dolet illa re, Verg. Aen. I *(669)* et nostro doluisti saepe dolore . dolet illam rem, Sal. Catil. *(40,2)* et quasi dolens eius casum . doleo vicem tuam, id est per te doleo, † de domo et rep. vitam lugeo . dolet illa pars mihi, Ter. *Phor. (V 9,64)* tuo viro oculi doleant.

Deiectus illa re, Verg. Aen. III *(317)*

heu quis te casus deiectam coniuge tanto.

deiectus ab illa re, | idem Aen. V *(542)*

quamvis solus avem caelo deiecit ab alto .

deiectus de illa re, Cic. pro Murena *(37,79)* deici de urbis praesidio et deturbari de custodia civitatis volunt .

Doctus illius rei, Verg. Aen. X *(225)*

quarum quae fandi doctissima Cymodocea .

doctus illa re, Sal. Catil. *(25,2)* litteris graecis et latinis docta . doctus illam rem, Sal. Catil. *(45,1)* per legatos cuncta edoctus et hist. I doctus militiam . doctus ad illam rem, Ter. Hecy. *(II 1,6)*

in eodemque omnes mihi videntur ludo doctae ad militiam .

Desiluit hoc, Verg. Aen. X *(453)* desiluit Turnus biiugis . desiluit ab hoc, idem XI *(499)* portisque ab equo regina sub altis desiluit .

Digredior illi loco, Sal. Iug. *(50,1)* Numidas quietos neque colli digredi animadvertit . digredior illum locum, Sal. hist. IIII exercitum dimisit, ut primum Alpes digressus est .

---

*Codex Parrhasii* 1 menalios tibia] tibi 2 telam] te iam 4 dormit in illam] dormiet in illam 5 in *ante* utramvis *postea a correctore, ut videtur, additum est* aurem rem otiose, *sed deleta v.* rem 9 Phor. *om.*

---

2 te iam desinit i. e. deserit *G*, telam desinit *Terentii codices optimi,* telam deserit *alii* 5 in aurem utramvis *Terentius* 7 Doleo vicem meam vel tuam id est per te doleo Cic. de domo et reipublicae vicem lugeo *P*, Doleo vicem tuam, id est propter te doleo Cic. de domo et rep. vitam lugeo *edidit Maius, addita in editione Romana coniectura Oriolii* Cic. de domo 'et reip. vicem lugeo' *vel* 'doleo' . *in oratione de domo nihil quod huc pertineat legitur* . vitam lugeo *in fragmentis librorum de republica olim posuerat Orellius p. 493* 14 deici de urbis praesidio et de custodia civitatis vestris sententiis deturbari volunt *Cicero* 21 ad militiam *codex Victorianus Terentii*, ad malitiam *reliqui* 23 sub altis] sub ipsis *Vergilius Aen. XI 499 : cf. ib. 485* portisque effunde sub altis 25 *rectius erat* degredior illo loco *et deinde* colle degredi, degredior illum locum, Alpes degressus est neque colle degredi *Sallustius*, neque colle digredi *ex G edidit Lindemannus*

Decet te, Cic. Philip. II *(8,20)* quam id te, dii boni, non decebat . decet tibi, Sal. hist. I locum editiorem quam victoribus decebat capit, Ter. Adelf. *(V 8,5)* ita nobis decet.

Dimidio pluris, id est duplo, Cic. frument. *(in Verr. III 32,75 sqq.)* de decumis Herbitensium per triennium, cum primo anno venditas dicat tritici modiis XVIII milibus, secundo tritici modiis XXV milibus DCCC, anno tertio supraiaciente Aeschrione venditas dicit medimnis VIII milibus centum, id est modiis XLVIII milibus DC, dupla summa anni proximi, addicitur medimnis VIII milibus C dimidio fere pluris quam superiore anno : idem pro Flacco *(20,47)* habebat enim rhetor iste discipulos, quos dimidio redderet stultiores, quam acceperat; neminem tamen adeo infatuare potuit, ut ei nummum concrederet .

Dedo illi rei, Cic. pro Caelio *(19,47)* hic si se isti vitae dedisset, Verg. georg. IIII *(90)* dede neci . dedo in illam rem, Ter. Andria *(I 2,28)* caesum te in pristinum, Dave, dedam [per vitium] . dedo ad hoc, | Cic. pro Cor. II ad miserrimum crudelissimumque dominatum

---

*Codex Parrhasii* 4 frument.] Comment. 6 XVIII milibus] XLIIII $\overline{\infty}$ 7 supra iacente eschrione venditas dicunt medimnis IIII mib' centum i. modiis XLVII milibus dctis: dupla 9 anni] cum 10 dimidi fere 12 nenimem 14 isti vitae] istius viae 16 pistrinū *corr.* pristinū *eadem manu, ut videtur*

---

1 Decet] *Serv. in Verg. Aen. VIII 127* 4 Cic. in Frumentaria *Maius in editione Mediolanensi . 'tres. codd.* comment. *pro* frumentaria' *adnotavit idem in editione Romana . 'Cornelius Fronto Grammaticus in exemplis elocutionum, adducit in voce* Dimidio, *Ciceronis verba, ex libro, quem Tiro in lucem edidit, ut scribit Quinctilianus lib. X inscriptum* Commentaria causarum; *ex quibus totus hic de Herbitensium decumis locus corrigi potest. sunt autem haec :* De decumis Herbitensium per triennium cum primo anno venditas dicat tritici modium XLIIII. Secundo tritici modium XXV. milibus DCCC. anno tertio supraiaciente Aeschrione venditas dicunt medimnum VIII. mill. centum, id est modium XLVIII. millib. DC. dupla summa anni proximi. addicitur medimnum VIII. millibus C. dimidio fere pluris quam superiore anno' *F. Vrsinus in Cic. in Verr. l. c., not. in Ciceron. ed. Antverp. a. 1581 p. 177* 6 tritici modium $\overline{\text{XVIII}}$ *primo loco apud Ciceronem restituit Zumptius* 7 supra adiiciente *coll. Cic. l. c. 32,77* supra adiecit Aeschrio *coniecit Lindemannus*, adiiciente *vel* licente *Baiterus apud Orellium excurs. in Cic. in Verr. III 30 p. 320 ed. sec.* dicit *Lindemannus* 10 habebat enim rhetor iste adulescentes quosdam locupletes, quos dimidio redderet stultiores *Cicero, ubi* habebat enim discipulos adolescentes quosdam locupletes *coniecit Rauius var. lect. ad Cic. orat. v. II p. 145* 13 nummum concederet *M*, nummum ullum crederet *Cicero* 14 pro Caelio] pro Cotho *Maius in utraque editione . 'ita tres codd. Edit.* L. Othone, *quae videtur vera lectio . Codex unus* Coelio' *adnotavit idem in editione Romana .* hic si se (*vel* sese) isti vitae dedisset *codices Ciceronis .* dedidisset *legisse videtur Arusianus .* hic si se istius viae dedisset *pro fragmento orationis pro L. Othone ex Frontone posuerat Sigonius* 16 verberibus caesum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem *Terentius*

p. 224 L.

dedi patiamini, idem pro Cluentio *(64,181)* sed plane ad supplicium dedidit.

Dat illi, Verg. Aen. VIIII *(83)* da nate petenti. dat in illud, idem Aen. VIIII *(815)* saltu sese omnibus armis in fluvium dedit. dat ad illum, Ter. Phor. *(IV 3,48)*

in servitutem pauperem ad ditem dari.

Deposuit his, Verg. geor. II *(24)* deposuit sulcis. deposuit in his, Cic. Philip. XIII *(11,24)* cum in gremiis mimarum *mentum* mentemque deponeret.

Detraho tibi, Cic. pro Corn. I nihil senatui detraxisse Cornelium. detraho de te, Cic. pro Scauro *(36)* nihil Sardos Appio gratius esse facturos, quam si de Scauri fama detraxerint. volunt quidam distantiam esse, ut 'lacerare famam' de illo detrahere sit, sed falso. nam Cic. de suppl. *(in Verr. V 22,58)* quae tu de rep. nostra detraxeris, id est imminueris et abstuleris, idem in Catil. II *(8,18)* et dubitas de possessione detrahere.

Deficit illam rem, Verg. georg. I *(290)* noctes lentus non deficit humor. deficit ab illa re, Cic. de praetura urbana *(in Verr. act. sec. I 31,79)* Lampsacena civitas deficere ab imperio ac nomine non valebat. deficit ad illum, Sal. Iug. *(61,1)* in his urbibus quae ad se defecerant. deficit simpliciter pro deest, Verg. Aen. VI *(143)* primo avulso non deficit alter.

Decedo *huic* de hac re, Cic. de rep. *I (43,67)* ut his de via decedendum sit. decedo huic simpliciter, Verg. buc. *(8,88)* nec serae meminit decedere nocti.

Delectat me haec res, Cic. de rep. I *(13,19)* ipsa cognitio nos

---

*Codex Parrhasii* 3 VIIII] IIII *priore loco* 7 II] III 8 mimărum mentemque 10 detrhaxisse, *sed deleta* h *littera* nihil ardos Appios 14 de rep. nos traxeris 18 amor *corr.* humor 20 ad se defecerunt Aen. VI] VI Aen. 23 huic *priore loco om.* I *om.*

---

2 dedidit] dedit *codices Ciceronis* 8 cum in gremiis mimarum mentum mentemque deponeret *M,* cum in gremiis mimarum mentem mentumque deponeres *codices Ciceronis, ubi* mentum mentemque *ex suis libris edidit Ferrarius* 11 nihil Sardos Appio gratius *M,* persuasum est Sardis se nihil Appio gratius *Cicero* 14 quae tu de re publica nostra detraxeris *codices Ciceronis deteriores*; *in melioribus libris omissum est* de 15 et dubites *Cicero, ubi* et dubitas *in non nullis codicibus est* 19 bellumne populo Romano Lampsacena civitas facere conabatur? deficere ab imperio ac nomine nostro volebat? *Cicero* 20 ad se defecerant *Sallustius et Arusianus p. 485,23* 23 decedo huic de hac re *Houvenus p. 44* his] hic *G,* is *codex Ciceronis* 26 ac me quidem, ut hercule etiam te ipsum, Laeli, omnisque avidos sapientiae cognitio ipsa rerum consideratioque delectat *Cicero*

delectaverit . delector illa re, idem Horten. hic primum Catulus delectatus ipso loco .

Desisto hac re, Sal. hist. II ut actione desisteret, Ter. Phor. *(IV 3,29)* ut erus his desistat litibus . desiste hoc facere, Verg. Aen. XII *(60)* desiste manum committere Teucris. |

Devertit domum, Cic. pro Deiot. *(6,17)* et domum regis, hospitis tui, devertisses . devertit in domum, idem pro Milone *(20,54)* devertit in villam Pompei .

Defigit in illa re, Cic. in Cat. I *(6,16)* quod eam necesse putas esse in consulis corpore defigere . defigit illa re, Verg. Aen. XII *(130)* defigunt tellure hastas.

Disco ex illo, Verg. Aen. XII *(435)*

disce, puer, virtutem ex me verumque laborem .

disco de illo, Ter. Eun. *(II 2,31)* ut sibi liceret discere id de me .

Deflexit de proposito, Cic. Philip. XVI † latere sis ne vestigium quidem deflexit .

Disceptata lis est, Cic. Philipp. XVII non est illa dissensio disceptata bello.

Deportavit domum, Cic. de rep. I *(14,21)* cum aliud nihil domum suam deportavisset . deportavit in illud, idem de praetura urbana *(in Verr. act. sec. I 20,54)* haec non domum suam neque in suburbana amicorum, sed Romam in publicum deportavit .

Discedit Roma, Cic. in Verrem actione prima *(18,54)* cum haec frequentia Roma discesserit .

Defungitur his, Cic. frument. *(in Verr. III 16,42)* cum tribus decumis pro una defungeretur, Verg. Aen. VI *(83)*

o tandem magnis pelagi defuncte periclis .

Desperat hanc rem, Cic. de suppliciis *(in Verr. V 6,12)* desperatis iam omnibus rebus.

Dilectus huic, Verg. geor. *I (399)* dilectae Thetidi alcyones .

Dego illam rem, Verg. Aen. IIII *(550)* sine crimine vitam degere,

---

*Codex Parrhasii* 3 Desiste hac re 4 ut erus] uterius 5 XII] XI 7 devertisset *corr.* — es pro Milo 10 defigere] defige XII] XI 12 XII] XI 18 bella *corr.* bello 19 I] II 20 deportavit] portavit *secundo loco* 25 Cic. frumentum tribus 30 I *om.* alciones 31 degere] degerit *priore loco*

---

2 delectatus] delectatur *olim in fragmentis Hortensii ex Frontone editum est* 3 desisto hac re *Lindemannus* 7 devertisset *ex G edidit Lindemannus*, divertisset *et* divertit *M* 15 *Ciceronis verba ex Philippicis orationibus citata unde petita sint, non constat* Laterensis *MPG* 21 haec non in tuam domum neque in suburbana amicorum, sed Romam in publicum deportasses *Cicero*

p. 225. 226 L.

Cic. pro Roscio *(p. Rosc. Am. 52,150)* inter feras satius est aetatem degere .

Desuetus his, Verg. Aen. VI *(815)* et iam desueta triumphis agmina .

Diffidit illi, Verg. Aen. III *(51)* cum iam diffideret armis, Cicero pro Cluentio * diffidentem rebus suis , Sal. Catil. *(31,3)* sibi patriaeque diffidere .

Defende illam rem pro ab illa re, Verg. Aen. X *(905)* hunc, oro, defende furorem . defendo ab illa re, *idem* buc. *(7,6)* dum teneras defendo a frigore myrtos .

Discrucior huius *rei,* Ter. Adel. *(IV 4,1)* discrucior animi.

Dubius huius *rei,* Salust. hist. III dubius consilii. |

Decidi de illa re, Ter. Heau. *(II 3,9)* quanta de spe decidi.

Deperit amicam, Ter. Heau. *(III 2,14)* Clinia hanc si deperit.

De subito cum praepositione, Ter. Heau. *(IV 2,6)* bolum mihi tantum ereptum tam de subito ex faucibus .

De repente, Ter. Hecy. *(IV 1,3)* corripuit de repente tacitus sese ad filiam .

Duxit se, Ter. Hecy. *(IV 1,7)*

uxor ubi me ad filiam ire sensit, se duxit foras .

Diligens huius rei, Cic. pro Cornelio II quam diligentes libertatis vos oporteat esse .

Duntaxat, id est tantum modo vel hoc solo, Cic. pro Corn. II qui commodis P. R. lingua dumtaxat ac voluntate consuluit.

Demo de hoc, Cic. pro Cor. I demi medius fidius de his ornamentis aliquantum malim .

Das hoc facere, Verg. Aen. I *(79)* tu das epulis accumbere divum et V *(689)* da flammam evadere classi et XII *(97)* da sternere corpus semiviri Phrygis .

De die sicut ex tempore, Ter. Adel. *(V 9,8)* apparare de die convivium, Cic. Philip. II *(34,87)* non solum de die sed etiam ad diem vivere .

---

*Codex Parrhasii* 6 Catil] Cati. 7 diffideret 9 defendo ab illa re] defende ab illa re idem *om.* 11 rei *om.* 12 rei *om.* 13 Heau] heu *item 14 et 15* 17 corripuit] peripuit 19 Duxisse Ter. 28 XII] XI 29 corpus sternere *corr.* sternere corpus

---

6 *lacunam, qua exemplum orationis pro Cluentio 23,63* qui sibi alia ratione diffideret *excidit, indicavi. sequitur exemplum orationis de imperio Pompei 9,23* diffidentemque rebus suis 15 bolum mihi tantum ereptum *apud Terentium ex duobus codicibus edidit Bentleius*, bolum tantum mihi ereptum *reliqui codices Terentii* 17 proripuit *MG* ita corripuit *Terentius* 24 P. R.] patriae *G* 25 de his tormentis *M* 31 ad diem] in diem *Cicero*

Detrecto hanc rem, Cic. cum quaestor Lilybaeo dec. quod non detrectare militiam, sed defendere provinciam indicata est .

Damnatus de caede et caedis, utrumque Cic. Philipp. I *(9,23)* quae iubent ei qui de vi itemque ei qui maiestatis damnatus sit .

Experiar hoc facere, Verg. buc. *(8,66)* magicis sanos avertere sacris experiar sensus . experior cum his, Cic. pro Cor. I quid quod ne cum his quidem expertus es, quos duces operarum fuisse dixisti . experior illam rem, Verg. geor. IIII *(156)* aestate laborem experiantur . experior hanc rem et hac re, Ter. Eun. *(IV 7,19)*

omnia prius experiri quam armis sapientem decet .

expertus illum, Verg. Aen. XI *(396)* |

haud ita me experti Bitias et Pandarus ingens .

expertus illius, idem Aen. X *(173)* expertos belli iuvenes.

Eget illius rei, Verg. geor. II *(28)* nil radicis egent aliae . eget illa re, idem Aen. II *(521)*

non tali auxilio nec defensoribus istis
tempus eget .

egens illius *rei,* idem Aen. VIII *(299)* non te rationis egentem . egenus illius *rei,* idem Aen. I *(599)*

omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos .

Evado his, Verg. Aen. VIIII *(99)* quaecumque evaserit undis . evado hos, idem *in eodem (386)* iamque imprudens evaserat hostes.

Exulat illis locis, Verg. geor. III *(225)* ignotis exulat oris . exulat usque ad illa loca, Verg. Aen. XI *(262)*

Atrides Protei Menelaus ad usque columnas
exulat .

Egredior illo loco, Verg. Aen. II *(713)* est urbe egressis tumulus, Cic. pro Ligario *(2,4)* domo est egressus . egressus illam rem, Sal. hist. I gens raro egressa fines suos, idem hist. III postquam egressus angustias .

Exit illa re, Cic. de rep. I *(12,18)* nuntiatum est venire Laelium

---

*Codex Parrhasii* 1 questor Lilibeo dec. 4 de vi itemque] devitentque 18 rei *ante* idem *om. utroque loco* 21 VIIII] VIII 22 in eodem *om.* 25 Prothei

---

2 indicata est *in utraque editione Maius,* '*ita ed. et cod. unus . Reliqui codd.* indicata est' *adnotavit idem in editione Romana .* indicata est *ex Frontone in fragmentis Ciceronis ediderat Patricius,* indicata sit *G* 3 Cic. Philipp. I] *cf. p. 481,1* 9 experiuntur *Vergilius* 31 puer nuntiavit venire ad eum Laelium domoque eius iam exisse *Cicero*

p. 227. 228 L.

domoque iam exisse . exit e loco, Cic. de suppliciis * ut exeunt e Sicilia praedones . exit illam rem, Verg. Aen. V *(438)*

corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit,

idem *Aen. XI (750)* et vim viribus exit .

Emit de me, Cic. pro Rosc. *(p. Rosc. Am. 2,6)* quae de viro clarissimo et fortissimo sese dicit emisse L. Cornelius Chrysogonus . emit a me, idem de suppliciis *(in Verr. V 22,56)* quod a malo auctore emit .

Expellit hoc loco, Cic. pro Cor. I satius hominem miserum atque innocentem eripi P. R., expelli patria, divelli a suis . expellit ex hoc loco, idem pro Sestio *(13,30)* expellit ex patria . expellit a loco, Cic. pro Cor. II expelleret a dispensantibus .

Expers illius rei, Cic. de rep. *(I 2,3)* negotii publici expers . expers illa re, Sal. bello Cat. *(33,1)* fama atque fortunis expertes sumus .

Egregius illa re, Verg. Aen. VI *(862)*

egregium forma iuvenem et fulgentibus armis.

egregius illius rei, Verg. Aen. XI *(417)* egregiusque animi, Sal. hist. I egregius militiae. | egregius haec, Sal. Iug. * imperii prolatandi percupidus habebatur, cetera egregius .

Exterritus animo, Verg. Aen. VIII *(370)*

at Venus haud animo nequiquam exterrita mater .

exterritus illius rei, Sal. hist. IIII tetrarchas regesque territos animi firmavit .

Evenit in illo, Sal. hist. V nam si in Pompeio quid humani evenisset . evenit illi, Cic. in Pis. *(14,33)* an quod tibi proficiscenti

---

*Codex Parrhasii* 4 Aen. XI *om.* 11 expellit a loco] expelli a loco 13 Exper illius 16 Egregius illa re Virg. Aen. II egregiumque forma . Egregius illius rei Virg. Aen. XI egregiusque animi Sal. hist. I egregius militiae iuvenem et fulgentibus armis . Egregius haec 21 VIII] VIIII 25 Pompeo

---

1 ut exeunt e Sicilia praedones *non inveniuntur in oratione de suppliciis, ex qua pro exemplo adscribi poterant haec 38,100,* posteaquam e portu piratae non metu aliquo affecti, sed satietate exierunt . *itaque lacunam indicavi* 7 quod a malo auctore emissent *Cicero* 10 eripi rei publicae *coniecit Halmius Sitzungsber. d. bair. Akad. 1862 v. II p. 22* 11 expellet ex patria *Cicero p. Sest. l. c.* 13 qui omnis negotii publici expertes sint *codices Ciceronis* 19 imperii — egregius, *quae in libro de bello Iugurthino non leguntur, ab editoribus Sallustii in fragmentis historiarum posita sunt, IV 8 Kritz, V 6 Dietsch . ex Iugurth. 63,7 exemplum elocutionis* egregius illa re *poni potuit,* nemo tam clarus neque tam egregius factis erat 23 exterritos animi *Dietschius Sall. hist. fragm. p. 108* 25 nam si Pompeio *olim in Sallustii fragmentis editum erat, quod correxit Carrio*

p. 228. 229 L.

evenit . evenit his mihi incommode, Ter. Hecy. *(V 3,40)* incommode mihi nuptiis evenit .

Expedio me hac re, Cic. pro Corn. I eius modi mihi duos laqueos in causa esse propositos, ut, si me altero expedissem, tenerer altero . expedio me ex hac re, Ter. Adel. *(IV 4,6)* quo modo me expediam ex hac turba?

Excessit hoc loco, Verg. Aen. II *(351)*

excessere omnes adytis arisque relictis
dii .

excessit ex hoc *loco*, Ter. Hecy. *(III 2,12)* et cura ex corde excessit .

Excruciat me illa re, Cic. de praetura *(in Verr. act. sec. I 17,45)* socium P. R. atque amicum fumo excruciatum [unde] reliquit semivivum .

Elicit hoc vel huic, Verg. geor. I *(108)*

ecce supercilio clivosi tramitis undam
elicit .

elicit ab hoc, Cic. pro Deiotaro *(1,3)* in qua quaestione dolor elicere veram vocem possit etiam ab invito .

Exercet illam rem, Verg. Aen. III *(281)*

exercent patrias oleo labente palaestras .

exercetur illa re, Cic. de signis *(in Verr. IV 25,56)* dum armis exercetur .

Enixa filium, Verg. Aen. VII *(320)* ignes enixa iugales.

Exsors huius *rei*, Verg. Aen. VI *(428)* quos dulcis vitae exsortes.

Excudit huic *rei*, Verg. Aen. I *(174)* silici scintillam excudit Achates . excussos hac re, Verg. Aen. VII *(299)* quin etiam patria excussos. |

Effeta huius rei, Verg. Aen. VII *(440)* verique effeta senectus .

Est cernere, Verg. Aen. VI *(595)* terrae omnipotentis alumnum cernere erat, sic geor. IIII *(447)* neque est te fallere quicquam, buc. *(10,46)* nec sit mihi credere tantum .

---

*Codex Parrhasii* 1 evenit his — nuptiis evenit *post scripta, sed adpositis signis in suum locum revocata sunt* 4 tenerer altero excruciatum unde reliquit semi 10 loco *om.* 19 Exercet] Exerce 24 rei *om.* 25 rei *om.* 31 sit] sic

---

4 praepositos *M* 5 quo modo hac me expediam turba *codices Terentii* 11 Excruciare illa re *M* . *fortasse* excruciatus illa re 12 ibi hominem ingenuum, domi nobilem, populi Romani socium atque amicum, fumo excruciatum semivivum reliquit *Cicero* 23 *fortasse* Enixa fetum, Verg. Aen. III 391 triginta capitum fetus enixa, idem Aen. VII 320 ignes *sqq. priore exemplo usus est Nonius p. 296* 25 *fortasse* Excudit huic rei illam rem 31 ne sit *G*

p. 229 L.

Excipio illi rei, Verg. Aen. VIIII *(271)*

excipiam sorti iam nunc tua praemia, Nise .

Exuit hac re illam rem, Cic. pro Deiotaro *(p. Lig. 5,14)* nonne omnem humanitatem exuisses?

Exosus illud, Verg. Aen. XII *(517)* exosum bella Menoetem .

Extorris his, Verg. Aen. IIII *(616)* finibus extorris, Sal. hist. II orbe terrarum extorres .

Edormit hoc, Ter. Adel. *(V 2,11)* edormiscam hoc vini, Cic. Philip. II *(12,30)* edormi crapulam et exhala .

Ex commodo, Sal. Iug. *(82,1)* melius esse ratus ex commodo pugnam facere .

Escendo equum, Sal. Iug. *(97,5)* pars equos escendere, obviam ire hostibus.

Erumpit *se* inde, Verg. geor. IIII *(368)* unde altus primum se erumpit Enipeus .

Emergit se, Sal. hist. IIII ubi se laniata navigia fundo emergunt, Ter. And. *(III 3,30)* ex illis se emersurum malis .

Exorsus orationem, Sal. hist. IIII magnam exorsus orationem .

Expostulo cum eo, Teren. And. *(IV 1,15)* et cum eo iniuriam hanc expostulem .

Evolve te hoc, Ter. Eunu. *(IV 4,55)* hac re te omni turba evolves.

Elapsus hac muliere, Ter. Hecy. *(I 2,94)*

paulatim elapsus est Bacchide atque hunc transtulit amorem .

elapsus de hac *re, Verg. Aen. II (526)*

ecce autem elapsus Pyrrhi de caede Polites .

Emungo hac re illum, Ter. Phor. *(IV 4,1)* emunxi argento senem .

---

*Codex Parrhasii* 5 Menetem 6 IIII] III 14 se *om.* 19 et cum] eccum 23 Ter. Hercy 26 de hac ecce autem, *superscr. alia manu* Virg.

---

3 *ante Ciceronis exemplum excidisse videtur exemplum verbi cum duobus casibus coniuncti, ut est Sall. Iug. 88,3* ipsumque regem haud procul ab oppido Cirta armis exuerat . *nam in oratione pro Deiotaro* exuere *non invenitur* 7 urbe patriaque extorres *editores Sallustii ex codice Frontonis, non editiones Arusiani, ut ait Kritzius Sall. hist. fragm. p. 191* 12 ascendere *codices Sallustii* 14 Erumpit se inde *Heinsius apud Rhodium lex. Scribon. v.* erumpit *p. 379, ex G edidit Lindemannus* inde altus primum erumpit Enipeus *M* 16 Sal. hist. IIII] *Isid. orig. XIII 18,5* navigia] vestigia *Maius in editione Mediolanensi* fundo] profundo *Isidorus* 17 ex illis sese emersurum malis *Terentius* . se se emersurum *legisse videtur Arusianus* 21 hac re et te omni turba evolves et illi gratum feceris *Terentius* 24 hunc] huc *codex Bembinus Terentii*, huic *reliqui codices* 28 senes *Terentius*, senem *Nonius p. 36*

Exsequias vadit, Ter. Phor. *(V 9,37)* exsequias Chremeti quibus est commodum ire, em tempus est.|

Exporge illud, Ter. Adel. *(V 3,53)* exporge frontem.

Exarat ex agro, Cicero frumentaria *(in Verr. III 47,113)* ut plus quam decem medimna ex iugero exararent.

Evocat e loco, Cic. pro Deiotaro *(11,30)* e tenebris in lucem evocavit.

Excidit hac re, Verg. Aen. II *(658)* tantumque nefas patrio excidit ore, Teren. Andria *(II 5,12)* erus, quantum audio, uxore excidit.

Emissus ex hoc loco, Cic. in Catil. I *(11,27)* ut abs te non emissus ex urbe. emissus hoc loco, Verg. geor. IIII *(58)*

emissum caveis ad sidera caeli
nare per aestatem liquidam suspexeris agmen.

Felix illa re, Verg. Aen. VI *(785)* felix prole virum. felix illius rei, idem geor. I *(276)*

ipsa dies † saltus alio dedit ordine luna
felices operum.

Ferax illo, Verg. *geor.* II *(222)* illa ferax oleo: sic Sal. Iug. *(17,5)* arbore infecundus.

Fertilis huius *rei, Sal. Iug. (17,5)* ager frugum fertilis.

Fidens fugae, Verg. *Aen.* XI *(351)* fugae fidens et caelum territat armis. fidens fuga, Verg. georg. III *(31)* fidentemque fuga Parthum. fidus illius, Verg. Aen. XII *(659)* regina tui fidissima. fido huic rei, idem Aen. VII *(290)* iam fidere terrae.

Fessus illius rei, Verg. Aen. I *(178)* fessi rerum. fessus illa re, idem Aen. II *(109)* et longo fessi discedere bello.

Fortunatus illius rei, Verg. Aen. XI *(416)* fortunatusque laborum. fortunatus illa re, Sal. *Catil. (25,2)* viro liberis satis fortunata fuit.

Furens illius, Verg. Aen. V *(202)* furens animi dum proram ad saxa suburguet. furens hoc, idem Aen. VIII *(228)* ecce furens animis aderat Tirynthius.

---

*Codex Parrhasii* 1 vadit *bis scriptum est* 2 em tempus est] emptus est 4 frumentaria] frumentum 6 E loco evocat 9 erus] Eras 18 geor. *om.* oleo Sal. sic iug. Arbore infecundus. Fertilis huius. Ager frugum fertilis 21 Aen. *om.* 23 fidus] fidens XII] X̄ 25 fessus rerum *corr.* fessi rerum 28 Catil. *om.* 29 prora 30 VIII] V̄II

---

16 saltus] alios *Vergilius* 19 ager frugum fertilis, bonus pecori, arbori infecundus *Sallustius* 23 fidus illius *Maius in editione Mediolanensi* 29 proram *Vergilius*

p. 230. 231 L.

Fruor illa re, Ter. Adel. *(V 8,27)* huic demus qui fruatur pro ʻquo fruatur’ . fruor illam rem, idem Phor. *(I 3,13)* ut mihi liceat quod amo tam diu frui . fructui mihi est illud, | Cic. de imperio Pompei *(6,16)* putatisne vos his rebus frui posse, nisi eos qui vobis fructui sunt conservaveritis?

Functus illa re, Ter. Adel. *(IV 3,12)* et tuo officio fueris functus. functus illam rem, idem eadem *(III 4,18)*

neque liberalis functus est officium viri .

Frater illius, Verg. Aen. V *(495)* tuus o clarissime frater Pandare . frater illi, Sal. hist. V qui uxori eius frater erat .

Fluit illa res, Verg. Aen. VIII *(445)* fluit aes rivis aurique metallum . fluit illa re, idem geor. II *(166)* atque auro plurima fluxit .

Flet illud tempus, Verg. geor. IIII *(514)* at illa flet noctem . volunt aliqui ʻflet noctem’ quasi ʻusque ad noctem’ intelligi, cum videatur melius quod noctem quoque totam flendo consumat, ut idem in eodem *(507)*

septem illum totos perhibent ex ordine menses
rupe sub aeria deserti ad Strymonis undam
flevisse.

Furorem furit, Verg. Aen. XII *(680)* hunc, oro, sine me furere ante furorem .

Futurum illi exitium est, Verg. Aen. II *(190)*

tum magnum exitium, quod di prius omen in ipsum
convertant, Priami imperio Phrygibusque futurum .

futurus exitio ille illi, idem Aen. VIIII *(315)* multis tamen ante futuri exitio: similiter Cic. pro Ligario *(5,16)* saluti civi calamitoso esse vellemus.

Fretus hac re, Verg. Aen. VIIII *(676)* freti armis, Sal. Iug. *(20,5)* et amicitia P. R. magis quam Numidis fretus .

[Filius familiae vel mater familiae.]

Festino illud, Verg. Aen. IIII *(575)* festinare fugam, Sal. hist. I profectionem festinantes.

---

*Codex Parrhasii* 4 frui possessiones: si eas qui vobis 9 Virg. Aen. vos o clarissime 16 in eodem V, *sed deleto* V 17 illam 31 IIII] III

---

2 ut mihi liceat tam diu quod amo frui *Terentius* 4 putatisne vos illis rebus frui posse, nisi eos qui vobis fructui sunt conservaritis *Cicero* quî fructui vobis sunt *M* 10 Sallust. hist. IV quod uxori *G* . et uxori *ex codice Frontonis olim in Sallustii fragmentis editum est* 17 septem illum — flesse *Vergilius* 26 Cic. pro Ligario] *cf. p. 493,21*

p. 231. 232 L.

Filii familiarum et * Cic. de praetura urbana *(in Verr. act. sec. I 24,62)* quam multis istum matribus familiarum *vim* attulisse existimatis? mater familias, Cic. pro Caelio *(13,32)* si matrem familias, secus quam matronarum sanctitas postulat, nominamus .

Fine illius rei, Salust. hist. III fine inguinum ingrediuntur mare.|

Fugitans illius rei, Ter. Phor. *(IV 3,18)*

erus liberalis est et fugitans litium .

Fugitivus ab illa re, Cic. de signis *(in Verr. IV 50,112)* neque tam fugitivi illi ab dominis, quam tu ab iure et a legibus .

Firmatus illius rei, Salust. hist. III ad Cyzicum perrexit firmatus animi .

Fartus hac re, Cic. de suppliciis *(in Verr. V 11,27)* pulvinus erat perlucidus Melitensi rosa fartus .

Falsus illius rei, Terentius *Eun. (II 2,43)* ut falsus animi est .

Fundit humi, Verg. Aen. V *(77)* mero libans carchesia Baccho fudit humi .

Gaudet illa re, Verg. buc. *(6,29)* Phoebo gaudet Parnasia rupes . gaudet illam rem, Ter. And. *(V 5,8)*

hunc scio mea solum solide gavisurum gaudia,

idem Phor. *(V 9,65)*

vin primum hodie facere quod ego gaudeam, Nausistrata?

Gerens negotium, Cic. Philip. II *(25,63)* magister equitum negotium publicum gerens . gerentes negotii, Cic. pro Sestio *(45,97)* negotii gerentes . gesto in hac re, Ter. Adel. *(IV 2,24)*

---

*Codex Parrhasii* 1 Filius *corr.* Filii 2 vim *om.* 3 *post* mater familias *spatium quinque fere litterarum in codice vacuum relictum est* 5 mare Fatigatus illius rei. T. forma eras liberalis é et fugitans litiú 10 firmatum animi 14 Eun. *om.* 17 Phaebo 19 meas *corr.* mea 21 vin] vim nausistracta

---

1 *lacuna quam indicavi additis iis quae p. 474,30 scripta sunt ita suppleri poterit,* Filius familiae vel mater familiae, filii familiarum et matres familiarum, Sall. Catil. 43,2 sed filii familiarum, quorum ex nobilitate maxima pars erat, parentes interficerent, idem Catil. 51,9 matres familiarum pati quae victoribus collibuisset. *duo Sallustii exempla in Perizoniano codice adscripta sunt,* Filii familiarum (vel matres familiarum) Sallust. Bell. Cat. filia familiarum etc. *et in margine ex altero apographo* matres familiarum pati . *praeterea post* mater familias *aliud exemplum scriptum fuisse indicare videtur lacuna in codice relicta* 2 quam multis istum ingenuis, quam multis matribus familias in illa taetra atque impura legatione vim attulisse existimatis *Cicero* 5 Salust. hist. III] *Philarg. in Verg. georg. III 53* 6 Fugitans] *Prisc. l. XVIII p. 217. 293* 10 firmatus animi *M et editores Sallustii* 13 Melitensis *codices Ciceronis* 15 Bacchi *M* 16 fundit *Vergilius* 19 solum solide] non solum *M,* solide solum *Terentius* 22 negotium publicum gerens magister equitum *Cicero*

p. 232. 233 L.

quem ego tantillum puerum in manibus gestavi meis.

gero hac re, Verg. Aen. XII *(944)* atque humeris inimicum insigne gerebat .

Gratum tibi est, Cic. Hortensio Luculloque noster adventus et gratus et iucundus fuisset . gratum adversum te pro tibi, Ter. And. *(I 1,15)* id gratum fuisse adversum te .

Genitus illi rei faciendae, Sal. hist. III perdendae pecuniae genitus . genitus illo loco, Verg. Aen. XII *(708)* genitos diversis partibus orbis . genitus illo parente, idem Aen. VI *(131)* diis geniti potuere .

Gratiam illi criminis facio, Salust. histor. III post reditum eorum quibus senatus belli Lepidiani gratiam fecerat .

Gratificor illam rem tibi, Cic. de rep. I *(44,68)* populo gratificans et aliena et sua, Sal. Iug. *(3,3)* nisi forte quem inhonesta libido tenet, potentiae paucorum decus atque libertatem suam gratificari . |

Gratiae facio crimen meum, Sal. Iug. *(104,5)* Bocchum quoniam poenitet, delicta gratiae facit .

Gnarus illius, Sal. hist. I et numeri eorum Metellus per litteras gnarus .

Gemit extrema, Verg. Aen. XI *(865)* atque extrema gementem.

Gravis illo, id est ex illo gravida, Verg. Aen. I *(273)* regina sacerdos Marte gravis . gravis hac re, Verg. Aen. VIIII *(246)*

hic annis gravis atque animi maturus Aletes .

Genus Italus pro genere, Verg. Aen. V *(285)* Cressa genus, idem Aen. VIII *(114)* qui genus ?

---

*Codex Parrhasii* 1 tantillum] tam illum 2 insigne ba gerebat, *sed deleto priore loco* ba 4 Lucullo quem noster 5 fuisset] fuisse 13 inhonesto libido 16 Bacchum optimum poenitet 18 Mettellus *corr.* Metellus 22 VIIII] VIII 24 Cresa

---

1 quem ego modo puerum tantillum in manibus gestavi meis *Terentius* 4 Lucullo quidem noster *M* . Luculloque nostro *scripsi ind. schol. Halens. aest. a. 1879 p. XI, ut verba coniungerentur cum fragmento ex eodem libro a scholiasta Gronoviano in Cic. in Verr. act. sec. I 20,54 p. 404 ed. Or. citato, quod Madvigius disp. de Ascon. append. p. 30 emendavit,* cum in villam Luculli ventum esset omni apparatu venustatis ornatam, Luculloque noster adventus et gratus et iucundus fuisset : *cf. Cic. de rep. I 12,18* 5 iucundus fuisset *ex uno codice Vaticano Maius in editione Romana* 7 Sal. hist. III] *schol. in Cic. in Verr. act. sec. I 23,60 p. 176 ed. Or.* 13 inhonesta et perniciosa libido *Sallustius*
16 *fortasse* gratiae facit crimen meum, Sal. Iug. Bocchi, quoniam poenitet, delicta gratiae facit ceterum Boccho, quoniam paenitet, delicti gratiam facit *codices Sallustii* 18 et numeri] itineris *Carrio addita adnotatione p. 40 ed. Haverc., 'ita in meo Arusiano est, quod ab aliis legi video* et muneris eorum, *male . Messus in elocutione* gnarus illius'

Geminum illis rebus pro simillimum, Cic. in Pisonem *(7,16)* illud vero geminum consiliis Catilinae et Lentuli, quod me domo mea expulistis .

Habito illam rem, Verg. buc. *(2,29)* atque humiles habitare casas . habito illa re, idem Aen. III *(110)* habitabant vallibus imis . habito ibi, idem Aen. VII *(151)* hic fortes habitare Latinos . habitantur illis illa loca, idem Aen. III *(398)* cuncta malis habitantur moenia Graiis . habitant in illo loco, Ter. And. *(IV 5,1)*

in *hac* habitasse platea dictum est Chrysidem .

habitat ad haec loca, Verg. Aen. III *(643)* curva haec habitant ad litora vulgo infandi Cyclopes.

Halat illa re, Verg. georgicorum IIII *(109)* halantes floribus horti . halat illam *rem,* Cic. Philip. II *(12,30)* edormi crapulam et exhala, Verg. Aen. VII *(84)* seramque exhalat opaca mephitim.

*Hostis illius, Verg. Aen. VII (723)*

hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis .

hostis illis, Cic. de signis *(in Verr. IV 50,112)* neque tam illi hostes hominibus quam tu diis immortalibus .

Haesit his, Verg. Aen. VIIII *(537)* et postibus haesit adesis . haesit in his, Verg. Aene. V *(204)*

infelix saxis in procurrentibus haesit,

Cicero pro Milone *(21,56)* haesit in poenis .

Habet a me, Cic. in Pisonem *(11,25)* a me habere vitam fortunas liberos arbitrabantur . habet de me, Ter. Phor. *(II 3,17)* agrum de nostro patre colendum habebat . habere donat, | Verg. Aen. V *(260)* loricam donat habere viro . habendo aptat, Verg. Aen. XII *(88)* simul aptat habendo ensem clypeumque .

Hortor illos facere, Verg. Aen. II *(74)* hortamur fari quo sanguine cretus . hortor illos factum, hoc est factum ire, Sal. hist. III neque vos ultum iniurias hortor.

Humi nascuntur, *Verg.* buc. *(3,92)* et humi nascentia fragra, Sal. Catil. *(55,3)* humi depressus, idem Iug. *(48,3)* humi arido atque harenoso nascuntur .

---

*Codex Parrhasii* 4 atque] at 9 inhabitasse (*om.* hac) 10 curva] Quorum 13 rem *om.* edormis *corr.* edormi 15 Hostis illius Verg. Aen. VII *om.* 19 adesis] adhaesis 20 in his] in hisdem 23 in Pisone 26 XII] XI 29 factum ire] factuire 31 Verg. *om.*

---

4 atque humiles *Vergilius* 9 in hac habitasse *Terentius* 10 curva haec habitant *Vergilius* 14 saevamque *Vergilius* 23 a me se habere *Cicero* 27 ensemque clipeumque *Vergilius* 29 Sal. hist. III] *in oratione Macri § 17* neque ego vos *codex Vaticanus Sallustii* 33 nascuntur] gignuntur *Sallustius et Priscianus l. XVIII p. 377,6*

p. 334. 235 L.

Huc include, *Verg.* geor. II *(76)* huc alienum ex arbore germen includunt . huc asparge, *idem* geor. IIII *(62)* huc tu iussos asparge sapores. huc calca, *idem* geor. II *(243)*

huc ager ille malus dulcesque a fontibus undae
ad plenum calcentur .

Inhians illi rei, *Verg.* Aen. IIII *(63)*

pecudumque reclusis
pectoribus inhians [et] spirantia consulit exta,

Cic. in Catil. III *(8,19)* quem inauratum in Capitolio parvum atque lactantem uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis . inhio illam rem, Verg. georg. II *(463)*

nec varios inhiant varia testudine postes .

Indulget illa re, *Verg.* georg. IIII *(198)* nec concubitu indulgent, Ter. Adel. *(I 1,38)* vestitu nimio indulges . indulget illi rei, *Verg.* Aen. II *(776)*

quid iuvat insano tantum indulgere labori .

Implet illa re, Verg. Aen. III *(434)* animam si veris implet Apollo . implentur illius rei, *Verg.* Aen. I *(215)*

implentur veteris Bacchi pinguisque ferinae . |

Innare illum locum, Verg. Aen. VI *(134)* bis Stygios innare lacus, idem georg. II *(451)* torrentem undam levis innatat alnus . innare illo loco, *Verg.* Aen. VIII *(691)* pelago credas innare revulsas Cycladas .

Incumbo illi rei, *Verg.* buc. *(8,16)*

incumbens tereti Damon sic coepit olivae .

incumbo illam rem, Sal. hist. III ut sustinere corpora plerique nequeuntes arma sua quisque instans incumberet . incumbo ad

---

*Codex Parrhasii* 1 Verg. *om.* 2 idem *om. utroque loco* 3 II] I 6 Inhiant Verg. *om.* 10 inhiantem] inhiantes, *sed deleto* s 12 ni varios 13 Verg. *om.* ne concubitu 14 vestitutu nimio Verg. *om.* 18 Verg. *om.* 21 torrent undam leves 22 Verg. *om.* pellago 24 Verg. *om.*

---

1 aliena *Vergilius* 7 pecorumque *G* 10 lactentem *G* 12 nec varios inhiant pulchra testudine postes *Vergilius* 26 ut sustinere corpora plerique nequeuntes fessi arma sua quisque stantes incumberent *Carrio Sall. hist. fragm. p. 79 ed. Hav. coll. Serv. in Verg. Aen. IX 229* ostendit ergo iam eos diuturna statione fatigatos . quod autem stant, et Romañi moris est et bellicae necessitatis . hunc autem standi habitum et Sallustius lib. III hist. commemorat, ut fessi arma sua quisque stantes incumbere . *apud Arusianum corruptam codicis scripturam reliqui, quamquam* stans incumberet *grammaticum scripsisse apparet, quod defendit Kritzius Sall. hist. fragm. p. 295 . Sallustii autem verba in hunc potius modum videntur restituenda esse,* fessi et sustinere corpora plerique nequeuntes arma sua quisque stantes incumbere 27 quisquis instans *M*

p. 235 L.

illam rem, Cic. de imperio Pompei *(7,19)* incumbite ad id bellum, Quirites, idem pro Murena *(26,53)* praesertim cum incubuit ad virum bonum . incumbo in illam rem, Cicero pro Plancio *(7,17)* equidem qui in me ipsum incumbat, item Philip. IIII *(5,12)* incumbite in causam, Quirites .

Inducite animum, Ter. Heau. *(prol. 41)* causam hanc iustam esse animum inducite . inducere in animum, Cic. pro Cluentio *(15,45)* [quenquam] quicquam eius modi matri poterat in animum inducere .

Indutus illis rebus, *Verg.* Aen. XI *(83)*

indutosque iubet truncos hostilibus armis,

*idem Aen. XII (947)* tune etiam spoliis indute meorum . indutus illas res, idem Aen. II *(275)* qui redit exuvias indutus Achillis . induitur illi rei, *Verg.* Aen. VII *(668)*

indutus capiti, sic regia tecta subibat .

induit se in illam rem, *Verg.* georg. I *(187)* cum se nux plurima silvis induit in florem . induitur illam rem corpore, *Verg.* Aen. VII *(640)* induitur loricam humeris . inducitur illa re corpus, *Verg.* Aen. VIII *(457)* tunicaque inducitur artus .

Inludo illi rei, *Verg.* Aen. IIII *(591)* et nostris illuserit advena regnis . inludo illam *rem,* idem *Aen.* VIIII *(634)* i, verbis virtutem inlude superbis . inludo in illa re, Ter. And. *(IV 4,18)*

adeon videmur vobis esse idonei,
in quibus sic inludatis? |

---

*Codex Parrhasii* 2 presertim tam (*vel* tamen?) incubui 3 incumbo in illam rem — 5 Quirites *hoc loco omissa et post* 15 tecta subibat *scripta sunt* 4 IIII] III 7 inducere in animum] inducite in animum 10 Inductus illis rebus Aen. XII inductusque iubet 12 idem Aen. XII *om.* Inductus illas res 14 Verg. *om.* 15 inductus capiti 16 Verg. *om. itemque postea 17 et 20* 17 VII] III 21 inludo illum idem VIII in verbis

---

1 quare videte, num dubitandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere *Cicero de imp. Pomp. 7,19* 2 praesertim cum incubuit *Cicero p. Mur. 26,53,* praesertim tamen incubui *Maius in editione Mediolanensi* 4 equidem, siquando, ut fit, iactor in turba, non illum accuso, qui est in summa sacra via, cum ego ad Fabium fornicem impellor, sed eum qui in me ipsum incurrit atque incidit *et deinde* ab iis qui in te ipsum incubuerunt te depulsum putas *Cicero p. Planc. 7,17* 8 neque legare eiusmodi matri poterat animum inducere *codices Ciceronis p. Cluent. 15,45* . neque legare quicquam eius modi *legisse videtur Arusianus* 12 tune hinc spoliis *Vergilius* 17 induet in florem *Vergilius* 17 Verg. Aen. VII] *640* loricam induitur fidoque accingitur ense: *cf. Aen. XII 88* circumdat loricam umeris

p. 236 L.

iterum *(V 1,3)* paene inlusi in vita filiae . *inludo in illum,* Ter. Eun. *(V 4,20)* ne impune in nos inluserit .

Inops illius rei, *Verg.* Aen. IIII *(300)* saevit inops animi, Sal. hist. I agitandi inops . inops hac re, Cic. pro Scauro copiis inops, gente fallax .

Ignarus huius rei, *Verg.* Aen. II *(106)*

ignari *scelerum* tantorum artisque Pelasgae .

ignarus faciendi, idem Aen. V *(618)* haud ignara nocendi .

Iuro per illam rem, Verg. Aen. VIIII *(300)*

per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat .

iuro illam rem, idem Aen. VI *(351)* maria aspera iuro .

Insido illis, Verg. Aen. VI *(708)* floribus insidunt variis, idem Aen. VIII *(480)* iugis insedit Etruscis . insido illos, Verg. Aen. X *(59)*

non satius cineres Troiae insedisse supremos?

Sal. hist. I armata montem sacrum atque Aventinum insedit, idem in eodem paucos saltum insidentes.

Insonuit illa re, Verg. Aen. V *(579)* insonuitque flagello . insonuit illam rem, idem Aen. VII *(451)* verberaque insonuit .

Indignus hac re, Sal. hist. I et indigni rep. indignus huius rei, Verg. Aen. XII *(649)* magnorum haut unquam indignus avorum .

Ingens illius rei, Sal. hist III ingens ipse virium atque animi . ingens hac re, Verg. Aen. XI *(124)* o fama ingens, ingentior armis .

Integer illius rei, Verg. Aen. VIIII *(255)* atque integer aevi Ascanius . integer illa re, Sal. hist. II copiis integra.

Impendet tibi illa res, Cic. in Catil. I *(6,14)* praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere proximis tibi idibus senties . impendet te illud, Teren. Eun. *(Phorm. I 4,2)*

ita nunc imparatum subito tanta *te* impendent mala . |

---

*Codex Parrhasii* 1 iterum facere inlusit invitus filiae Ter. Eun. ne impure 3 Verg. *om.* 6 Ignarus huic rei Aen. II 7 scelerum *om.* 9 VIIII] VIII 12 VI] VIII 16 in eadem 20 Aen. II magnorum aut nunquam 23 VIIII] VIII 25 illa res] illam 27 sentiet 28 impuratum subito tanta impendet mala

---

1 iterum in eam rem Ter. inlusi in vitam filiae, Ter. Eun. ne impune in nos illuserit *Lindemannus* . paene inlusi vitam filiae *codices Terentii, ad quam lectionem ita accommodari Arusiani scriptura poterat, ut verbis post p. 479,22* superbis *transpositis scriberetur* Ter. And. paene inlusi vitam filiae 3 Sal. hist. I] *in oratione Lepidi § 11* 7 scelerum *add. Vergilius* 14 Troiae] patriae *Vergilius* 15 Sal. hist. I] *Augustin. de civ. dei II 18* 19 Sal. hist. I] *in oratione Philippi § 5* 26 impendere tibi proximis idibus senties *codices Ciceronis et Maius in editione Romana, qui* diebus *pro* idibus *in duobus codicibus,* sentiet *in omnibus codicibus scriptum esse adnotavit* 28 tanta te impendent mala *Terentius*

p. 237 L.

Interdicitur tibi illa re, Cic. Philip. I *(9,23)* iubent ei qui de vi itemque ei qui maiestatis damnatus sit aqua et igni interdici .

Impertio te illa *re*, Ter. Adel. *(III 2,22)* sed cesso herum hoc malo impertire, idem Eun. *(II 2,39)* plurima salute Parmenonem summum impertit Gnatho . impertio tibi illam rem, Cic. pro Roscio *(p. Rosc. Amer. 4,11)* talem te et nobis et reip. impertias .

Instruitur hac re, Verg. Aen. I *(637)*

at domus interior regali splendida luxu
instruitur .

instruitur huic rei, Sal. histor. II antequam regressus Sertorius instruere pugnae suos quiret.

Insisto illum locum, Verg. Aen. VI *(563)*

nulli fas casto sceleratum insistere limen,

Ter. Eun. *(II 3,2)* quam insistam viam . insisto illo loco, Sal. hist. III locum nullum, nisi quo armati institissent, ipsis tutum fore . insisto plantis, Verg. Aen. XI *(573)* plantis institerat .

Inscriptum in illa re, Cic. in Catil. I *(13,32)* sit denique inscriptum in fronte unius cuiusque, quid de rep. sentiat . inscriptus illam rem, Verg. buc. *(3,106)* inscripti nomina regum nascantur flores .

Imperator illorum est, Sal. Iug. *(31,20)* imperatores omnium gentium . imperator illis est, idem in eodem *(7,4)* imperator Romanis erat . imperat hac regione, Sal. Iug. *(79,2)* Carthaginienses pleraque Africa imperitabant . imperium in illos habet, Ter. Eun. *(III 1,25)* qui habes imperium in beluas .

It illis locis, Verg. Aene. V *(451)* it clamor caelo et georg. IIII *(292)* iuvat ire iugis . it illam rem, idem Aen. VI *(122)* itque reditque viam totiens, Cic. pro Murena *(12,26)* ite viam, redite viam .

Inter illud pro ad illud, Verg. bucol. *(2,3)*

tantum inter densas, umbrosa cacumina, fagos
adsidue veniebat .

---

*Codex Parrhasii* 3 re *om.* 5 Gnato 11 suos quiret] suosque re[h]tor 12 Insisto in illum locum, *ut videtur* 17 in Catil. insit 22 Carthaginenses 23 imperitabat 26 ire] me

---

1 Cic. Philip. I] *p. 469,3* damnatus 3 herum] eram *Terentius* 5 summum suum impertit *Terentius* 6 talem te et nobis et populo Romano hoc tempore impertias *codices Ciceronis* 8 interior] interea *M* 10 egressus *ex G edidit Lindemannus* 11 instrueret pugnae suos (*om.* quiret) *editores Sallustii* 12 Insisto in illum locum *G P et codices Maii* . insisto illum locum *et deinde* insisto in illo loco *et* nisi in quo *M* 17 sit denique inscriptum *Cicero* 19 nascuntur *M* 21 qui tum Romanis imperator erat *Sallustius Iug. 7,4* 22 pleraeque Africae imperitabant *plurimi codices Sallustii* 24 quia habes *Terentius* 27 ite viam] inite viam *codices Ciceronis*

inter illud pro 'cum illud agitur', Cic. Philip. II *(25,63)* si inter cenam atque *in* ipsis tuis immanibus poculis hoc tibi accidisset, Sal. Iug. *(30,3)* inter dubitationem, Verg. buc. *(9,24)*

inter agendum
occursare capro, cornu f. i. c.,

Sal. hist. III | inter recens domitos Isauros Pisidasque . inter geminata praepositio, Cic. in Catil. III *(2,5)* ut Tiberis inter eos et pons interesset, idem in Pisonem *(7,16)* quod autem maius indicium exspectatis, nihil inter vos et Catil. interfuisse?

In verbera pendent, Verg. Aen. V *(147)* pronique in verbera pendent, idem X *(586)*

Lucagus ut prono pendens in verbera telo
ammovit biiugis .

In pedes pro in fugam, Ter. Phor. *(I 4,13)* atque me coicere protinus in pedes, idem Eun. *(V 2,5)* ego in pedes quantum queo.

Interea loci, Teren. Eun. *(I 2,46)* te interea loci, idem Heau. *(II 3,16)* tu interea loci .

In illum exempla facio, Teren. Eun. *(V 4,26)* quid ais? in quem exempla fient? in illum pecco similiter idem Phor. *(V 3,20)* vide in cognatam pecces . in biduum, Ter. Eun. *(I 2,110)* in hoc biduum, Thais, vale . in os laudare, id est praesentem laudare, Ter. Adel. *(II 4,5)* vereor in os te laudare amplius . in illius loco te diligo, Ter. And. *(I 5,57)*

si te in germani fratris dilexi loco .

in illum feci sumptus, Ter. Hec. *(IV 4,63)* sumptus quos fecisti in eam . in medium pro in commune, Verg. geor. *I (127)* in medium quaerebant, idem georg. IIII *(157)* et in medium quaesita reponunt, Sal. hist. IIII dissidere inter se coepere neque in medium consultare .

---

*Codex Parrhasii* 2 in *om.* 5 f. i. c.] f. d. c. 8 interesset] interesse 11 idem XI löcatus ut prono 14 Phor.] forum 15 idem aen. eun., *sed deleto* aen. quantum] quintum 22 in illo loco 26 I *om.* 28 cepere

---

1 si inter cenam in ipsis tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset *codices Ciceronis* 2 atque in ipsis *M* 5 cornu ferit ille, caveto *Vergilius* 12 Lucagus ut pronus pendens in verbera telo admonuit biiugos *Vergilius* 14 atque hinc me conicerem protinus in pedes *codices Terentii Phorm. I 4,13* 15 egomet in pedes *codices Terentii Eun. V 2,5* 16 Interea — tu interea loci *rectius post exempla praepositionis* inter 9 interfuisse *collocanda erant* 18 In illum exempla] *Prisc. l. XVIII 294. 303* 19 vide ne in cognatam pecces *codex Bembinus Terentii,* cave ne in cognatam pecces *reliqui codices Terentii* 22 vereor coram in os te laudare amplius *Terentius,* vereor in os *sqq. Priscianus l. c.*

p. 238. 239 L.

Indiget illius rei, Verg. buc. *(2,71)* quorum indiget usus, Ter. And. *(V 3,19)* quasi tu huius indigeas patris .

Instar illius rei, Verg. Aen. II *(15)*

instar montis equum divina P. a.
aedificant,

Cicero de signis *(in Verr. V 17,44)* navem maximam triremis instar .

Instat illis locis, Verg. Aen. XI *(529)*

sive instare iugis et grandia volvere saxa .

instat illi rei pro imminet, Verg. Aen. X *(195)* ille instat aquae . instat illam rem pro festinat, idem Aen. VIII *(433)*

parte alia Marti currumque rotasque volucres
instabant .

instat illa re illam rem, idem Aen. XII *(748)* trepidique pedem pede fervidus instat .

Indignatus illam rem, Verg. Aen. VIII *(728)* et pontem indignatus Araxes . indignatus ille illum hoc facere, | idem Aen. VII *(770)*

pater omnipotens aliquem indignatus ab umbris
m. i. a. l. surgere vitae .

Ingressus loca, Cic. in Pisonem *(23,53)* Romam vero ipsam, o familiae non dicam Calpurniae, sed * huius urbis, sed Placentini municipii et bracatae cognationis dedecus, quem ad modum ingressus es . ingressus locis, Verg. Aen. X *(148)* castris ingressus Etruscis .

Imposuit illi rei, Verg. geor. III *(116)* impositi dorso atque equitem docuere, idem Aen. II *(707)*

ergo age, care pater, cervici imponere nostrae .

imposuit in illam rem, Sal. histor. II omnia sacrata corpora in rates imposuisse, Ter. And. *(I 1,102)* in ignem imposita est . imposuit in illa re, Cic. de domo sua *(52,134)* non ita crudelem fuisse, ut

---

*Codex Parrhasii* 2 huius] huisus 8 XI] XII 16 Indignatur ille 17 VII] VIII 20 in Pisone 21 Calphurniae sed huius urbis sed plusentini 25 geor. III] ger. IIII 30 ut viventis etiam et spirantis capitibus eum suis navibus imponeret

---

6 de signis] *immo* de suppliciis navem vero cybaeam maximam *codices Ciceronis* 15 fervidus urget *Vergilius Aen. XII 748, cf. ib. 751* latratibus instat 20 Romam vero ipsam foedavit adventus tuus . o familiae non dicam Calpurniae, sed Calventiae, neque huius urbis, sed Placentini municipii, neque paterni generis, sed bracatae cognationis dedecus, quem ad modum venisti *codices Ciceronis . Arusiani lectionem defenderunt Garatonius in Cic. l. c. et Wunderus var. lect. libr. aliquot Cicer. p. XLVIII* 21 et huius *Garatonius et ex G Lindemannus,* sed *(superscr.* et) huius *P* 28 sauciata corpora *Dietschius Sall. hist. fragm. p. 54* in ratem *M*

p. 239. 240 L.

*in* viventis etiam et spirantis capite bustum suis manibus imponeret .

Immigrat in domum, Cic. de domo sua *(41,107)* deos immortales existimatis cuius labore et cum * domum adflictam et eversam immigrare voluisse .

Inhorruit illa res illa re, Verg. Aen. V *(11)* inhorruit unda tenebris. inhorruit illam rem, idem Aen. X *(711)* et inhorruit armos .

In haec errat, id est in haec fertur errando, Verg. georg. I *(337)*

quos ignis caeli Cyllenius erret in orbes,

idem Aen. *X (885)* laevos equitavit in orbes .

Invigilo hac re pro invigilo huic rei, Verg. georg. IIII *(158)* invigilant victu, idem Aen. VIIII *(605)* venatu invigilant pueri .

In noctem siletur, Verg. georg. IIII *(189)* siletur in noctem, Sal. hist. I ut Syllani fugam [innocentem] in noctem componerent, Cic. de rep. VI *(10)* sermonem in multam noctem produximus .

Infelix illius rei, Verg. Aen. IIII *(529)* infelix animi Phoenissa: sic Sal. hist. I animi immodicus . |

In illam rem pro causa illius rei, Verg. Aen. VII *(13)* urit nocturna in lumina cedrum, Sal. hist. I omnium partium decus in mercedem corruptum erat, idem Etruria omnis cum Lepido suspecta in tumultum erat .

Implexus illa re, Verg. geor. IIII *(482)* caeruleosque implexae crinibus angues Eumenides .

Ingratus illius rei, Verg. Aen. X *(666)* ingratusque salutis .

---

*Codex Parrhasii* 7 illam rem] illa illam rem 8 errandans *corr.* — do 10 X *om.* 14 Syllani] syllam 15 VI] III 16 Infoelix illa Verg. Aen. IIII infoelix animi phenissa 20 in tumultu

---

1 ut in vivi etiam et spirantis capitibus tum suis manibus imponeret *codices Ciceronis, ubi* caput bustum *vulgo*, capiti bustum *Garatonius Cic. orat. v. VII praef. p. IX* capitibus cum *codex Garatonii et superscripto* cum *P* 3 deos immortales existimatis, cuius labore et consilio sua ipsi templa tenuerunt, in eius domum adflictam et eversam per vim hominis sceleratissimi nefarium latrocinium immigrare voluisse *codices Ciceronis* 9 errat *ex G edidit Lindemannus* 12 victu invigilant *Vergilius georg. IV 158* 14 ut Syllani *P*, ut si illam *ex G edidit Lindemannus* innocentem *deleverunt Houvenus p. 45 et Linkerus Sall. hist. prooem. p. 66* 17 Immodicus animi Sal. hist. *Maii editio Mediolanensis*, Immodicus animi Sal. sic *editio Romana.* immodicus animi *in fragmentis hist. lib. incert. olim Sallustii editores posuerunt .* '*Arusianus Messus* immodicus huius rei' *adnotavit Carrio* 18 urit odoratam nocturna in lumina cedrum *Vergilius* 19 omnium] nimiumque *Burmannus, qui primus duo Sallustii exempla edidit in anthol. Lat. v. I p. 173* 20 idem in eodem *coniecit Dietschius Sall. hist. fragm. p. 15* in tumultum *Burmannus l. c. et ex G Lindemannus*

p. 240 L.

Includunt huic rei, Verg. Aen. II *(19)* includunt caeco lateri . includuntur in hanc rem, Cic. de suppl. *(in Verr. V 45,117)* includuntur in carcerem condemnati .

In praepositio communis interdum aliud significans, interdum licenter posita invenitur . in illa re conditur, Verg. georg. IIII *(473)*

quam multa in foliis avium se milia condunt,

*idem* Aen. II *(401)* et nota conduntur in alvo . in illum conditur, Verg. Aen. XI *(187)*

conditur in tenebras altum caligine caelum,

idem georg. I *(438)* et cum se condit in undas et in eodem *(442)* conditus in nubem . in illa re concidit, Verg. Aen. V *(333)*

sed pronus in ipso
concidit immundoque [in] fimo sacroque cruore .

in his effusus, Verg. Aen. VI *(339)*

exciderat puppi mediis effusus in undis :

diligentiores quidam grammatici hoc ita dividi volunt, cum in mediis undis esset, puppi effusus exciderat, quale est illud Tullianum pro Roscio *(p. Rosc. Amer. 32,91)*, qui, tanquam si offusa reip. sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris omniaque miscebant, id est non in tenebras de illustri aliquo loco ruebant, sed veluti in tenebris conversarentur ruebant offusa, quippe circundata, nocte reip. sed hanc omnem acutae rationis distinctionem elocutio Salustiana confundit in Iug. bello *(61,1)* ab Zama discedit in his urbibus quae ad se defecerant. in illa re veniens pro illi rei proveniens vel in illa re digne seu feliciter nascens, Verg. Aen. V *(344)*

gratior et pulchro veniens in corpore virtus:

sic per adverbium loci georg. I *(54)*

hic segetes, illic veniunt felicius uvae:

sic Sal. bello Catil. *(8,3)* sed quia provenere ibi scriptorum magna ingenia .

Immunis illius rei, *Verg.* Aen. XII *(559)* immune belli atque impune quietum . |

---

*Codex Parrhasii* 3 condemnati] damnati (*supra* con) 7 idem *om.* 10 in eodem] idem 18 offusa] effusa 21 offusa quippe quippe circundat in nocte, *sed deleto* quippe *posteriore loco* 23 orbibus *corr.* urbibus 26 et] es 29 magna *bis scriptum, sed posteriore loco deletum est* 31 Verg. *om.*

---

10 condit] condet *Vergilius* 13 immundo in fimo *ex G edidit Lindemannus* 18 si adfusa *ex codice Arusiani protulit Garatonius apud Halmium in Cic. l. c.* 23 ab Zama discedit et in eis urbibus, quae ad se defecerant satisque munitae loco aut moenibus erant, praesidia imponit *Sallustius: cf. supra p. 466,20* 26 gratior et pulchro *Vergilius* 28 illic] illi *G* 31 aspicit urbem Immunem tanti belli atque impune quietam *Vergilius*

p. 241 L.

Irae mihi est illud, sicut dolori mihi est, Verg. Aen. X *(716)* iustae quibus est Mezentius irae .

Impatiens illius *rei*, Verg. Aen. XI *(639)* vulneris impatiens .

Impedit illos illa res, Verg. Aen. X *(306)*

fragmina remorum quos et fluitantia transtra
impediunt .

impedit illos illa res ab illa re, Sal. Iug. *(30,2)* potentia Scauri eos a vero bonoque impediebat .

Inrito hominem, Verg. Aen. X *(644)* inritatque virum telis . inrito bellum, Sal. hist. I maximo gaudio bellum inritare .

In illam rem pro in illius rei formam, Verg. Aen. VI *(42)*

excisum Euboicae latus ingens rupis in antrum

et georg. II *(448)* Ityreos taxi torquentur in arcus.

Insolens in illa re, Cic. pro Roscio *(p. Rosc. Amer. 8,23)* qui in sua re fuisset egentissimus, erat, ut fit, insolens in aliena .

Insuetus illius rei, Sal. histo. I libertatis insueti . insueta facit, Verg. Aen. VIII *(248)* atque insueta rudentem . insuevit hoc facere, Sal. Catil. *(11,6)* insuevit exercitus amare, potare .

Insolitus huius rei, Sal. hist. II genus armis ferox et servitii insolitum, idem Iug. *(39,1)* pars insolita rerum bellicarum .

In illum severus, Cic. in Catil. IIII *(6,12)* in eos qui haec perficere voluerunt me severum vehementemque praebebo, idem Philip. II *(23,56)* si severus, cur non in omnes? in illo misericors est, Sal. Catil. *(52,12)* sint misericordes in furibus aerarii, Cic. in Catil. IIII *(6,12)* sic nos in his hominibus, qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare voluerunt, si vehementissimi fuerimus, misericordes habebimur.

In rem est pro utile est, Sal. Catil. *(20,1)* in rem fore credens, Ter. And. *(III 3,14)* si in rem est .

In tempus, id est processu temporis, Sal. hist. III itaque cetera ex licentia aut odio aut avaritia in tempus arsere . in tempore,

---

*Codex Parrhasii* 3 rei *om.* 4 res] re 7 illos] illius 13 Itÿreos in arcus in illa re Cic. pro Roscio Quin sua re 16 Insuetus] Insolens libertati 18 Sal. in Catil. 21 IIII] III 28 in *secundo loco superscriptum est*

---

10 Sal. hist. I] *Non. p. 31* 14 Insolens in illa re *et deinde 16* Insolens illius rei Sal. histor. I * libertati insueti *coniecit Bondamus indicata lacuna, qua exemplum Sallustii cum nova elocutione* insuetus huic rei *excidisset* 16 libertatis insueti *ex G edidit Lindemannus* 18 insuevit exercitus populi Romani amare potare *Sallustius* 19 Sal. hist. II] idem hist. I *M . in primo historiarum libro olim Sallustii editores fragmentum posuerunt* 22 praebeo *Cicero* 30 Sal. hist. III] *in oratione Macri § 12*

p. 241. 242 L.

id est opportune, Sal. histor. I quis rebus Sylla suspectis maximeque ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi .

In praesentia pro ad praesens, Cic. Siciliens. *(in Verr. V 7,17)* pecuniam sibi esse in nominibus, numeratam | in praesentia non habere . in praesens pro ad praesens, Sal. hist. IIII quod in praesens modo satis cautum fuerat, idem hist. IIII quid ab illis nisi dolum in praesens et postea bellum exspectans .

Idoneum factu, Sal. hist. III manus ferreas et alia adnexu idonea iniicere .

Insulto solo, Verg. *geor.* III *(116)* equitem docuere sub armis insultare solo. insulto solum, Ter. Eun. *(II 2,53)*

fores aperis fortunatus,
ne tu istas faxo calcibus saepe insultabis frustra .

Incidi in illam rem, Cic. Philip. I *(7,16)* quae ille in aes incidit, idem in eadem *(10,26)* et in aes incidi iubebitis, credo, illa legitima . incidi in illa re, Cic. de rep., cum de Sardanapalo diceret, ea incidi iussit in busto, idem in Pisonem *(29,72)* in eo elogio, quod te consule in sepulchro reip. incisum est .

Incuriosum ab illa re, Sal. hist. IIII infrequentem stationem nostram incuriosamque tam ab armis .

In dies pro quotidie, Cic. in Catil. I *(2,5)* crescit in dies singulos hostium numerus, Sal. Iug. *(44,5)* frumentum publice datum vendere, panem in dies mercari . in diem, id est ad futurum, Ter. Eun. *(V 6,19)*

sed in diem istud, Parmeno, est fortasse, quod minitaris,

Cic. pro Caelio *(24,59)* o dii immortales, cur in maximis sceleribus aut conivetis interdum aut praesentis fraudis poenas in diem reservatis?

Incertus illius *rei,* Sal. hist. III perculsis et animi incertis succurritur, Ter. Hecyra *(I 2,46)* fecit animi ut incertus foret .

---

*Codex Parrhasii* 2 Mitridatis 4 in omnibus in praesentiam non habere 8 factu] factus 10 solum *corr.* solo *primo loco* Verg. IIII equitum 15 in eodem 18 in sepulchro *bis scriptum est* 21 quottidie 27 aut conhibitis inserdum 29 rei *om.*

---

5 quod] quos *ex G edidit Lindemannus,* quis *coniecit idem* 6 idem hist. IIII] *in epistula Mithridatis § 19* 7 expectas *codex Vaticanus Sallustii* 8 adnexa *GP* 10 atque equitem docuere *Vergilius* 16 Cic. de rep.] *disp. Tusc. V 35,101* ex quo Sardanapali, opulentissimi Syriae regis, error agnoscitur, qui incidi iussit in busto 20 '*pro* tam *scribendum esse* tum *recte iam ab aliis intellectum est' Dietschius Sall. hist. fragm. p. 116 . rectius erat* iam 26 pro di immortales, cur interdum in hominum sceleribus maximis aut conivetis aut praesentis *Ciceronis codices*

p. 242. 243 L.

Incessit illis illud, Sal. hist. II terror hostibus, [es] fiducia suis incessit . incessitur illa res, Verg. Aen. XII *(596)* incessi muros .

Inquies illius *rei*, Sal. hist. IIII L. Hostilius Dasianus inquies animi .

Inferior tibi, Sal. hist. II vir gravis et nulla arte cuiquam inferior . |

Intercedit illud illi rei, Ter. And. *(V 5,5)* si nulla aegritudo huic gaudio intercesserit .

Intentus illa re, Sal. Catil. *(2,9)* qui aliquo negotio intentus .

In ore illis agens pro in conspectu illorum, Sal. hist. I ut in ore gentibus agens .

In maius audivit pro plusquam, Sal. hist. II haec postquam Varro in maius more rumorum audivit .

Introitum [in] illa loca, Sal. hist. IIII ita castra sine vulnere introitum .

Insilire illam rem, Sal. hist. V peractis LXX annis armatus equum insilire .

In praepositio geminata, Ter. Eun. *(I 1,14)* in amore haec omnia insunt vitia, Cic. pro Scauro si denique in illa bona invadere nullo modo potuisset nisi mortuo Bostare .

Kave hoc fiat, Verg. Aen. XI *(293)* ast armis concurrant arma cavete . kave illam rem, Cic. Philip. I *(11,28)* et simul admonent quiddam, quod cavebimus, Sal. hist. III cavendus dolus est. kave illis, Cic. Philip. I *(2,6)* veterani, quibus hic ordo diligentissime caverat . kave ab illis, Sal. Catil. *(52,3)* cavere ab illis magis, idem hist. III kaveret imperator a perfuga Celtibero, Ter. Eun. *(V 2,44)*

tunc pol tibi ab isto Cherea cavendum intelligo .

Kareo illa re, Verg. georg. IIII *(472)* simulacraque luce caren-

---

*Codex Parrhasii* 2 res] re 3 rei *om.* Hostilius] hostibus 10 illis] illius 13 more] in ore 20 Bostar 21 XI] XII concurrunt 22 Philp II *priore loco* 26 kavere imperatore per kaga Celtibero 28 Kaveo *corr.* Kareo

---

1 et fiducia suis *P et codex Heinsii in Verg. Aen. XII 596, quod defendit Houvenus p. 45;* et fiducia sui *Heinsius in Valer. Flacc. V 551,* ex fiducia sui *Lindemannus* 3 L. Hostilius *Ruhnkenius in Vellei. II 68,3,* L. Hostius *Lindemannus* 10 Sal. hist. I] *Donat. in Ter. Adelph. I 2,13* 14 Introitum] *Serv. in Verg. Aen. X 628. XI 230* ita in castra *Dietschius Sall. hist. fragm. p. 107 . codicis scripturam in Sallustii verbis tuetur Servius* 21 concurrant *Vergilius* 23 Sal. hist. III] *in oratione Macri § 20* 26 caveret imperator a perfuga Celtibero *Dietschius Sall. hist. fragm. p. 62,* cavete ab imperatore perfuga Celtibero *coniecerat Lindemannus, qui* cavete *ex G edidit* 27 ab istoc, era, cavendum *plurimi codices Terentii,* ab isto chaerea cavendum *codex Victorianus Terentii*

p. 243. 244 L.

tum . kareo illius rei, Ter. Heaut. *(II 4,19)* omnes mihi labores fuerunt quos cepi leves, praeterquam tui carendum quod erat.

Kaptus hac re, Verg. geor. I *(183)*

aut oculis capti fodere cubilia talpae,

Sal. hist. III collegamque eius Octavium mitem et captum pedibus.

Khao pro e Khao, Verg. geor. IIII *(347)*

atque Chao densos divum numerabat amores .

Kassus hac re, *Verg.* Aen. II *(85)* nunc cassum lumine lugent. |

Klaudus hac re, *Verg.* Aen. V *(278)* pars vulnere klauda retentat .

Kalleo illud, Ter. Adel. *(IV 1,17)* ego illius sensum pulchre calleo .

Kalco huc, Verg. geor. II *(243)*

huc ager ille malus dulcesque a fontibus undae
ad plenum calcentur .

Kausatus hanc rem, Sal. hist. V sed ubi ille militum voluntatem causatus .

Klam illis tenet [et] usus, sed vitiose : clanculum illos, Ter. Adel. *(I 1,27)*

postremo alii clanculum
patres *quae* faciunt, quae fert adolescentia .

Ludo illam rem, Verg. buc. *(1,10)* ludere quae vellem, idem Aen. VIIII *(335)* illa qui plurima nocte luserat, Ter. Eun. *(III 5,38)* et quia consimilem luserat iam olim ille ludum . ludo illa re, Verg. geor. II *(386)*

versibus incomptis ludunt risuque soluto,

Cic. Philip. II *(23,56)* qui non dubitaret vel foro alea ludere .

Largior hanc rem, Symmachus ad Theodosium Imp. solere principes bona verba largiri.

Lacessunt illa re, Verg. Aen. VII *(165)* cursuque ictuque lacessunt . lacessunt illam rem, idem Aen. V *(429)*

immiscentque manus manibus pugnamque lacessunt .

Litandum illa re, Verg. Aen. II *(118)* animaque litandum Argolica . litatis illis rebus, idem Aen. IIII *(50)* sacrisque litatis .

---

*Codex Parrhasii* 8 Verg. *om., item 9* 9 pars] par 11 Kalle illud 13 Kalca huic II] I 16 Kausatur *corr.* — us *priore loco* 18 sed vitiose] servitio . sed 21 quae *priore loco om.* 23 lusserat *priore loco*

---

2 coepi *Lindemannus* 14 huic ager ille malus dulcesque in fontibus undae ad plenum calcentur *ex G edidit Lindemannus* 18 Klam illis tenet usus, sed vitiose, klanculum illos *Lindemannus . fortasse* sed vitiosum est 23 qui] quae *MG* 27 vel in foro *Cicero*

p. 244. 245 L.

Laetus hac re, Verg. Aen. VI *(787)*

laeta deum partu centum complexa nepotes .

laetus huius rei, idem Aen. XI *(73)* quas illi laeta laborum, Sal. hist. II frugum pabulique laetus ager . laetor illius *rei,* Verg. Aen. XI *(280)* nec veterum memini laetorve malorum . laetor illam rem, Sal. Catil. *(51,29)* ea populus [Rom.] laetari et merito dicere fieri . laetor illa re, Verg. Aen. X *(827)* arma, quibus laetatus, habe tua .

Liber illius rei, Verg. Aen. X *(154)*

tum libera fati
classem conscendit iussis gens Lydia divum .

liber ab illa re, Sal. Catil. *(4,2)* a spe, metu, partibus reip. animus liber erat .

Laboro hac re, Cic. contra Caecilium in divinatione *(7,23)* ut is absolvatur, cuius ego causa laboro . laboro ex hac re, idem pro Cluentio *(71,202)* satis multos annos ex invidia laboravit. |

Libera me hac re, Cic. in Catil. I *(5,10)* magno me metu liberabis . libera me de illa re, Ter. Andr. *(II 2,14)* quam primum de hoc me libera miseram metu .

Largus illarum rerum, Verg. Aen. XI *(338)* largus opum .

Lustramur illi deo, Verg. Aen. III *(279)* lustramurque Iovi .

Liberalis huius rei, Sal. Catil. *(7,6)* pecuniae liberales erant .

Ludificor illum, Sal. Iug. *(36,2)* pacis mora principem ludificari.

Ludi deorum sunt, Cic. cum a ludis contionem avocavit, Cerealia, Floralia ludosque Apollinares deorum immortalium esse, non nostros . ludi deo sunt, Sal. hist. II cum multa dissereret ludis Apollini circensibus .

Locatus illi fundus, Cic. frument. *(in Verr. III 22,55)* fundus erat colono locatus . locatus fundus foris, Ter. Adel. *(V 8,26)* agelli paulum, quod locitas foris .

Memini illius rei, Verg. Aen. XI *(280)* nec veterum memini laetorve malorum . memini illam rem, idem in buc. *(7,19)* alternos Musae meminisse volebant, idem ibidem *(7,69)* haec memini et vic.

---

*Codex Parrhasii* 4 rei *om.* 5 verum *corr.* veterum laetorque *corr.* laetorve 8 X] XI 13 Cecilium in divinationi 23 advocavit 32 idem ibi

---

Sal. hist. II] *Serv. in Verg. Aen. I 441 . XI 338* 17 de illa re] ab illa re *ex G edidit Lindemannus* quam primum hoc me libera miserum metu *codices Terentii* de hoc] ab hoc *Lindemannus, om. G* 22 pacis mora consulem ludificare *codices Sallustii* 23 Cic. cum a ludis contionem avocavit] *cf. Plut. Cic. 13, Cic. ad Att. II 1,3* 27 *fortasse* locatur 28 agellist hic sub urbe paululum quod locitas foras *plurimi codices Terentii,* sub urbe est hic agelli paululum quod locitas foris *codex Victorianus et decurtatus Terentii*

p. 245. 246 L.

f. c. T., Cic. in Catil. III *(10,24)* sed eas quas vosmet ipsi meministis atque vidistis . memini illam rem facere, Verg. Aen. VIII *(157)*

nam memini Hesionae visentem regna sororis
Laumeduntiadem Priamum, Salamina petentem,
protinus Arcadiae gelidos invisere fines,

Cic. in Pisonem *(6,13)* meministine, coenum, cum ad te hora V cum C. Pisone venissem, nescio quo te e gurgustio prodire involuto capite soleatum? memini illum fecisse: huius elocutionis raro invenitur exemplum, Verg. geor. IIII *(125)*

namque sub Oebaliae memini me turribus arcis
Corycium vidisse senem .

memini domi, Ter. Eun. *(IV 7,45)*

domi focique fac vicissim ut memineris . |

Miseretur illius, Verg. Aen. XII *(653)* miserere tuorum, idem Aen. IIII *(435)* miserere sororis . miseratus illum, idem *in* eodem *(370)* haud miseratus amantem est . miseratus animi pro animo, Verg. Aen. X *(686)*

continuit iuvenem atque animi miserata repressit .

miseret te illius, Verg. Aen. VII *(360)* nec te miseret nataeque tuique.

Manet te hoc, idem in eodem *(128)*

haec erat illa fames, haec nos suprema manebat .

idem Aen. X * *(Aen. VII 596)* ceterus manebit supplicium . manet tibi hoc, idem Aen. VIIII *(302)*

haec eadem matrique tuae generique manebunt,

Cic. Philip. II *(5,11)* quando tibi domi manet quod fuit illorum utrique fatale . manet his pro ‘in his perseverat’, Verg. Aen. VIII *(643)* at tu dictis Albane maneres .

Melior ille est hac re, Verg. Aen. V *(153)* melior remis et *(430)*

---

*Codex Parrhasii* 1 sedeas qua suosmet ipsi 3 Hesionem 7 quo te ego e, *sed deleto* ego 10 Aebaliae 15 idem eodem 19 nec te miserere nat. e. q. tuique 21 haec illa erat illa, *sed deleto* illa *priore loco* 27 Albane] Salvane 28 Melior illo est hac re — motu melior *post* melior hic — Metellus *scripta, sed adpositis signis transposita sunt* melior ille] melior illo

---

3 Hesionae *codices Vergilii et Nonii p. 337* 6 cum ad te quinta fere hora cum C. Pisone venissem, nescio quo e gurgustio te prodire *Cicero* 13 ut *om. Lindemannus* 16 aut miseratus *codices Vergilii Aen. IV 370* 18 iuvenemque animi *codices Vergilii Aen. X 686* 22 *lacunam indicavi, qua exemplum decimi libri excidit, 438* mox illos sua fata manent maiore sub hoste *vel 630* nunc manet insontem gravis exitus . *sequitur exemplum septimi libri 596* te, Turne, nefas, te triste manebit supplicium manebit] manebat *ex G edidit Lindemannus* 25 cuius quidem tibi fatum, sicut C. Curioni, manet, quoniam id domi tuae est, quod fuit illorum utrique fatale *Cicero*

p. 246. 247 L.

ille pedum motu melior . melior hic quam ille, Cic. frument. *(in Verr. III 16,43)* tu innocentior quam Metellus . melior illius pro in illo, Sal. Iug. *(49,2)* rudes cum belli melioribus manum conserere .

Medicor illi rei, Verg. georgicorum II *(135)* et senibus medicantur anhelis, Ter. And. *(5,1,12)* nato ut medicarer tuo . medicor illam rem, idem Aen. VII *(756)*

sed non Dardaniae medicari cuspidis ictum
evaluit .

medeor illis rebus, Cic. pro Roscio *(p. Rosc. Amer. 53,154)* homines sapientissimos iud., quibus rebus * me mederi convenit . medeor illas res, Ter. Phor. *(V 4,2)*

in animo cupiditates,
quas, cum res adversae fient, paulo mederi possis .

Multa pro multis vel multum, Verg. Aen. III *(610)* haud multa moratus, *idem* Aen. VII *(593)*

multa deos aurasque pater testatur inanes,

*idem* Aen. XI *(471)* multaque te incusat : sic et pauca, Sal. Iug. *(49,6)* pauca pro tempore milites hortatus .

Maturus animi, Verg. Aen. V *(73)* aevi maturus Acestes, idem Aen. VIIII *(246)* animi maturus Aletes . maturus huic rei, idem Aen. VII *(53)* iam matura viro . | maturo illam rem, Verg. Aen. I *(137)* maturate fugam, Cicero pro Cluentio *(61,171)* huic mortem maturabat inimicus, Sal. hist. I fugam maturabat .

Ministrat illam rem, Verg. Aen. I *(150)* furor arma ministrat . ministrat illis rebus, idem Aen. X *(218)*

ipse sedens clavumque regit velisque ministrat .

Metuens illius, Verg. Aen. V *(716)*

et quicquid tecum invalidum metuensque pericli est .

---

*Codex Parrhasii* 1 melior hic quam ille est hac re, *sed* est hac re *deleta*, hic quam *corrigendo scripta sunt* 2 melior illius] melius illius 6 anhelis] hanelis 8 medicare cupidinis ictum 11 iud.] vid. 13 in amico cupiditate quas 15 vel] ut 16 idem *om.* 18 idem *om.* 21 Aletes] Alites 29 invalidam

---

1 ille pedum melior motu *Vergilius* 3 ne pauciores cum pluribus aut rudes cum belli melioribus manum consererent *Sallustius* 5 Medicor] *Prisc. l. XVIII p. 273 l. VIII p. 388* 8 medicari cuspidis ictum *Vergilius* 10 homines sapientes et ista auctoritate et potestate praeditos, qua vos estis, ex quibus rebus maxime res publica laborat, iis maxime mederi convenit *Cicero* 13 parare in animo cupiditates, quas cum res adversae sient *codices Terentii et Prisciani* 15 pro multis aut multum *ex G edidit Lindemannus* 18 multaque se incusat *Vergilius* 20 *fortasse* maturus huius rei 27 regit] gerit *G*

p. 247. 248 L.

metuens illud, Sal. Iug. *(40,2)* metuens pericula . metuit illis, Verg. Aen. X *(94)* tunc decuit metuisse tuis . metuens hoc fieri, idem georg. I *(246)*

arctos Oceani metuentes aequore tingi.

metuit ex illo, Sal. Catil. *(52,16)* si periculum ex illis metuit . metuit ab illo, Ter. And. *(I 1,79)* quam metui a Chryside, Cicero pro Roscio *(p. Rosc. Amer. 50,145)* ab eone aliquid metuit?

Mando terra, Verg. Aen. VIIII *(214)* mandet humo solita . mando terrae, idem buc. *(8,93)* terra, tibi mando.

Molior illam rem, Verg. Aen. VII *(290)* moliri iam tecta videt . molior tibi illam *rem,* idem georg. I *(271)* insidias avibus moliri . molior illam rem *in illam rem,* idem georg. IIII *(331)* et validam in vitis molire bipennem.

Missus in illam rem, *Verg.* Aen. VI *(813)* missus in imperium magnum . missus illi, idem georg. II *(451)* levis innatat alnus missa Pado .

Medio illius pro illo medio, Sal. hist. I diei medio, Verg. Aen. VII *(59)* tecti medio, idem Aen. XI *(547)* ecce fugae medio .

Morae est pro in mora est, Verg. Aen. VIIII *(232)* rem magnam pretiumque morae fore . morae illis est, Ter. Adel. *(IV 5,78)* ne morae meis nuptiis egomet siem . similiter Cicero pro Ligario *(5,16)* saluti civi calamitoso esse vellemus, idem pro Flacco *(8,19)* quibus odio sunt nostrae secures, nomen acerbitati, scriptura decimae portorium morti .

Mactat illi deo, Verg. Aen. IIII *(57)* mactat lectas de more bidentes legiferae Cereri Phoeboque, *idem* Aen. XI *(197)* mactantur corpora morti. |

Mater illi, Verg. Aen. X *(76)* cui diva Venilia mater, Ter. Adel

---

*Codex Parrhasii* 2 X] XI 10 tecta] terra 11 rem *om.* 12 in illam rem *om.* 13 bippennem 14 Verg. *om.* 15 magnam *corr.* magnum 17 VII] VI 19 Morae est] Mora est 20 pretiumque] praeqúq; 21 siem] stem 22 calamitoso] cula initŏso 23 acervitati 25 Macta illi 26 Phaeboque idem *om.* 28 cui] Fui

---

1 metuentes pericula *M*, pericula metuentes *Sallustius* 6 ei metui a Chryside *Terentius* 7 si metuis, ab eone aliquid metuis *Cicero* 17 Sal. hist. I medio diei *M et veteres Sallustii editores . in G numerum libri II* (hist. II) *notatum esse indicat Lindemannus, quem postea editores Sallustii secuti sunt* 19 rem magnam pretiumque morae fore *Vergilius*, rem magnam nunquam moris fore *ex G edidit Lindemannus* 22 saluti civi calamitoso esse vellemus *Cicero et ipse Arusianus p. 474,26* 23 acerbitatis *G* 24 portarum *ex G edidit Lindemannus* 25 mactat] mactant *Vergilius* lectas] laetas *G*

p. 248 L.

*(V 8,6)* primum huius uxori est mater . mater illius, Cicero pro Cluentio *(5,12)* nam Sassia, huius mater Habiti .

Moderor illis, Sal. Catil. *(51,25)* cuius libido gentibus moderatur.

Motus loco, Cic. Catil. II *(1,1)* loco ille motus est, cum est ex u. d. motus ab illo loco, Sal. hist. neque me diversa pars in civilibus armis movit a vero .

Minister his, Sal. hist. IIII multitudini ostendens, quam colere plurimum, ut mox cupitis ministram haberet, decreverat . minister huius, Verg. Aen. XI *(658)* pacisque bonas bellique ministras.

Mille librarum mutuum dedit, Terentius Heaut. *(III 3,40)* cui drachmarum haec argenti *mille dederat mutuum* .

Minus habet uno, Cic. de praetura urbana Verris *(in Verr. act. sec. I 57,149)* ut uno minus teste haberet Habonio .

Nomen illi Vergilio est, Verg. georg. IIII *(271)* cui nomen amello: sic et Aen. VIIII *(593)* cui Remulo cognomen erat . nomen illi Vergilius est, idem Aen. VIII *(358)*

Ianiculum huic, *illi* fuerat Saturnia nomen,

Ter. Hecy. *(prol. 1) Hecyra* est huic nomen fabulae: Sal. hist. III de flumine genere neutro nomenque Danubium habet . nomen illis Vergilium posuit, Vergilius Aeneidos septimo *(63)*

Laurentesque ab ea nomen posuisse colonis,

idem Aen. III *(18)*

Aeneadasque meo nomen de nomine fingo .

Nescius hoc facere, Verg. georg. II *(467)*

at secura quies et nescia fallere vita .

---

*Codex Parrhasii* 2 Sassia] si Asia · huius *corrigendo scriptum est* 8 ut mox cupit is ministrum habere 9 bonas] bonus 11 cui dragmarum haec argenti minus habet 13 Habonio] habŏmo 15 VIIII] VIII 17 illi *om.* 18 Hecyra *om.* Sal. hist. III opus in acceptum rettulit de flumine, *sed v.* opus in acceptum rettulit *deletis* 20 Vergilium] Vergilius 22 Aen.] aenac 23 Aeneasque 25 at secura — vita *post 495,1* pectora *scripta sunt* fallare

---

1 uxoris est *codices Terentii* 2 nam Sassia *Cicero* 3 Moderor] *Prisc. l. XVIII p. 273* 4 cum haec et v. d. *G*, cum haec ex urbe depulsus *edidit Lindemannus*, cum est ex urbe depulsus *codices Ciceronis* 5 Sal. hist. I *M . in fragmentis primi historiarum libri posuerunt editores Sallustii* 7 multitudini obsequens, quam colere plurimum, ut mox cupitis ministram haberet, decreverat *Houvenus p. 48* . multitudini se ostendens *sqq. coniecit Linkerus Sall. hist. prooem. p. 15* 9 bonos bellique ministros *ex G edidit Lindemannus* 11 huic drachmarum haec argenti mille dederat mutuum *codices Terentii . apud Arusianum lacunam supplevit et duas elocutiones distinxit Houvenus p. 39* 18 Sal. hist. III] *schol. Acr. in Hor. a. p. 18* notandum flumen Rhenum genere neutro: Salustius in historiis 'nomen Danubium habet' 23 Aeneadasque *Vergilius* 24 Nescius] *ordinem verborum in codice perturbatum restituit Houvenus p. 40*

. 248. 249 L.

nescius hoc fieri, idem Aen. XII *(527)* [et] nescia vinci pectora . nescius huius rei, Verg. Aen. X *(501)*

nescia mens hominum fati sortisque futurae .

Nixus hac re, Verg. Aen. X *(736)* posito pede nixus et hasta. nixus in hac re, Cic. pro Deiotaro *(2,5)* dico extra conventum et eam frequentiam, in qua oratorum studia niti solent . | nixus in hanc rem, Verg. Aen. XII *(398)* ingentem nixus in hastam . nitens hic, Verg. Aen. II *(380)* pressit humi nitens . nitens hanc rem hac re, idem Aen. XII *(386)*

alternos longa nitentem cuspide gressus .

Nuntius huius rei, Verg. Aen. *IIII (188)* *nuntia* veri, ibidem *(237)* hic nostri nuntius esto.

Nihilum vetuste, id est vel modicum: nihilum enim antiqui vocaverunt ipsius quiddam exiguitatis minimum, Salustius Iug. *(75,10)* nihilo segnius .

Nimius hac re, Sal. hist. II post ubi fiducia nimius . nimius illius, idem hist. IIII impotens et nimius animi est .

Natus tot annos, Ter. Heau. *(I 1,10)* annos LX natus es . natus annos tot maior, id est supra tot annos, Cic. pro Roscio *(p. Rosc. Amer. 14,39)* annos natus maior LX .

Nubit illi, Cic. pro Cluentio *(5,14)* nubit genero socrus . nupta est cum illo, Ter. Hecy. *(IV 1,19)* esset cum illo nupta .

Nudus harum rerum, Sal. Iug. *(79,6)* loca aequalia et nuda gignentium .

Obliviscor hanc rem, Verg. Aen. II *(148)* obliviscere Graios, Cicero pro Caelio *(20,50)* obliviscor iniurias tuas, Clodia . obliviscor huius rei, Cic. in Catil. I *(3,6)* obliviscere caedis atque incendiorum. oblitus huius rei, Verg. georg. III *(245)* catulorum oblita leaena . oblitus illam rem, idem geor. II *(59)*

pomaque degenerant sucos oblita priores .

oblitum mihi, quod ex memoria recessit, Verg. buc. *(9,53)* nunc oblita mihi tot carmina .

---

*Codex Parrhasii* 8 hic] huic 10 gressus veri, *sed deleto* veri 11 Verg. Aen. veri ibi hic 22 cum illo] Camillo *utroque loco* 28 leena

---

7 Nitens huic, idem Aen. II pressit humo nitens *M* 13 *fortasse* nihilum vetuste id est non hilum vel modicum: hilum enim 16 post ubi in fiducia nimius *olim in Sallustii fragmentis editum est* 20 annos natus maior quadraginta *Cicero* 26 pro Caelio] pro Cornelio *Lindemannus* obliviscor iam iniurias Clodia *codices Ciceronis*: *cf. Serv. in Verg. Aen. II 148* amissos obliviscere, ut 'obliviscor iniurias tuas, Clodia' : dicitur enim et amissorum obliviscere

p. 249. 250 L.

Opus est illa *res*, Cic. in Verrem de praetura *(act. sec. I 48,126)* multa sibi opus esse, multa canibus suis, Ter. And. *(IV 4,1)* quae opus fuere ad nuptias natae paravi .

Oro te, Cic. pro Cluentio *(70,201)* orat vos Habitus iud. oro abs te, Verg. Aen. XI *(358)* veniamque | oremus ab ipso, cedat . oro tecum pro te oro, Ter. Hecy. *(IV 4,64)*

egi atque oravi tecum uxorem duceres .

Obnixus huic rei, Verg. geor. III *(233)* arboris obnixus trunco . obnixus contra illa, Verg. Aen. X *(359)* stant obnixi omnia contra .

Optavit illud illi, Verg. *Aen.* III *(109)* optavitque locum regno; et sic etiam sibi adoptavit, Cic. in Pisonem maiorem sibi insuper ille avus adoptavit .

Obverto navem loco, Verg. Aen. VI *(3)* obvertunt pelago proras.

Opportunus illi rei, Verg. Aen. VIII *(235)* † cana nidis domus opportuna volucrum, Sal. Iug. *(20,2)* opportunus iniuriae .

Obsto tibi, Verg. Aen. XI *(435)* tantumque bonis communibus obsto, Cic. pro Roscio *(p. Rosc. Amer. 50,145)* quid tibi obsto?

Orbus patre, Verg. Aen. XI *(216)* puerique parentibus orbi : sic et orbatus, Cic. in Pisonem *(15,34)* non, ut tu insuper dicere ausus es, orbatum patria .

Ob ora, Verg. Aen. XII *(865)* Turni se pestis ob ora fertque refertque.

Opulentus his rebus, Verg. Aen. I *(447)* donis opulentum, Sal. Iug. *(57,1)* armis virisque opulentum .

Opus civitatis, id est labor et instar civitatis, Aen. V *(118)* Chimaeram urbis opus .

Obediens praeceptis, Sal. bello Catil. *(1,1)* pecora, quae natura prona atque ventri obedientia finxit . obediens praeceptis meis, Sal. Iug. *(31,19)* iussis vestris obediens erit .

Obtrectans illi, Sal. hist. IIII Crassus obtrectans potius collegae

---

*Codex Parrhasii* 1 res *om.* 4 abstte 10 Aen. *om.* III] II 11 in Pisone maiore sibi 14 VIII] VIIII 18 orbi sic] orbis 19 in Pisone 25 chimeram 28 obedientiora *corr.* obedientia

---

1 opus sunt illa *coniecit Bondamus* 7 uxorem ut duceres *Terentius* 9 obnixa *codices Vergilii:* 'legitur et obnixi' *Servius* 11 maiorem sibi Insuber ille *Maius coll. Ascon. in Cic. or. in Pis. p. 4 ed. Kiessl. Arusianus tamen corrupto Ciceronis codice usus est, sicut postea 19* 14 dirarum nidis domus opportuna volucrum *Vergilius . ex nono libro exemplum adscribi poterat v. 531,* opportunus illi rei, Verg. Aen. VIIII opportuna loco, idem Aen. VIII nidis domus *sqq.* 19 tu Insuber *Turnebus apud Ciceronem l. c.,* tu insuper *codices Ciceronis*

quam boni aut mali publici gnavus exactor : sic et obtrectat illi, Cicero de imperio Cn. Pompei *(8,21)* qui huic obtrectant legi atque causae .

Obiit mortem, Ter. Heau. *(II 3,30)* ea obiit mortem . obire significat inire [vel abire], Cic. in Catil. III *(7,16)* nihil erat quod non ipse obiret .

Otiosus ab illa re, Ter. Phor. *(II 2,26)* otiosum ab animo . |

Ortus ex illo loco, Ter. Eun. *(II 2,10)* viden me ex eodem ortam loco? ortus illo loco, Verg. Aen. VII *(206)* his ortus ut agris Dardanus .

Offendi apud vos, Cic. pro Cornel. quid me apud equites R. offendisse dicebant . offendisti in me, Cic. pro Milone *(36,99)* quae si vos oblivio cepit aut si in me aliquid offendistis, cur non id meo capite luitur potius quam Milonis?

Plenus hac re, Verg. geor. II *(4)* Iovis omnia plena muneribus, idem Aen. V *(311)* plenamque sagittis . plenus huius rei, idem buc. *(3,60)* Iovis omnia plena, Terentius *Eun. (I 2,25)* plenus rimarum sum . plenus illud illa re, Verg. georg. IIII *(181)* crura thymo plenae.

Post praepositionem accusativi casus asserunt quidam interpositam fieri casus alterius, Verg. Aen. VI *(409)* longo post tempore visum: Sal. bello Catil. *(37,11)* multos post annos . Terentius nec interposuit praepositionem et casum illi ablativum dedit in Hecy. *(III 3,33)*

aiunt tecum post duobus concubuisse eam mensibus .

Pastus illa re, Verg. georg. III *(231)*

frondibus hirsutis et carice pastus acuta .

pastus illam rem, idem Aen. II *(471)* mala gramina pastus . pascitur in illo loco, Verg. geor. III *(219)*

pascitur in magna silva formosa iuvenca .

pascitur illum locum, idem in eodem *(314)*

pascuntur vero silvas et summa Lycaei.

---

*Codex Parrhasii* 1 gnavus] gravus 2 imperi obtrectant] obtrecta 13 si vos] sic vos 14 capite] capitur 17 Eun. *om.* 18 sum *a librario deletum est* 30 lycei

---

1 gravis exactor *PG*, gravis exactos *ediderat Lindemannus*, gravis auctor *coniecit Kritzius Sall. hist. fragm. p. 353*, gravis existimator *Dietschius p. 104* 8 ortam] ortum *Terentius* 11 quid] qui *Garatonius in Cic. p. Mil. 36,99. fortasse* aliquid 12 quae si vos cepit oblivio aut si me aliquid offendistis, cur non id meo capite potius luitur quam Milonis *Cicero* 13 cur non in meo capite *P et codex Garatonii* 15 tuis hic omnia plena muneribus *Vergilius georg. II 4, quod Arusianus quoque scripsisse videtur* 20 alterius] ablativi *coniecit Bondamus* longo post tempore venit *M: cf. Verg. bucol. 1,30* 21 Sallustius tamen accusativo casu iunxit, bell. Catil. multos post annos *coniecit Houvenus p. 41*

Potens illorum, Verg. Aen. I *(80)*

nimborumque facis tempestatumque potentem .

Potitur huius rei, Cic. in Catil. II *(9,19)* rerum potiri volunt, Sal. Iug. *(25,10)* ut, priusquam legatos conveniret, Adherbalis poteretur . potitur hanc rem, Sal. Iug. cuncta potiendi, Terentius Adel. *(V 4,17)* ille alter sine labore patria potitur commoda, idem ibidem *(V 4,22)* hic potitur gaudia .

Paciscor de illa re, Sal. hist. I nihil esse de rep. neque *de* libertate P. R. pactum . paciscor ab illo illam rem, Sal. Iug. *(26,1)* tantum ab eo vitam paciscatur, idem hist. IIII | sestertium tricies pepigit a G. Pisone . paciscor illam rem pro illa re, Verg. Aen. V *(230)* vitamque volunt pro laude pacisci.

Peritus huius *rei*, Sal. hist. I militiae periti . peritus hoc facere, Verg. buc. *(10,32)* soli cantare periti Arcades.

Proximus illi, Verg. Aen. V *(320)*

proximus huic, longo sed proximus intervallo .

proximus illo, Sal. Iug. *(18,11)* proxima Carthagine Numidia appellatur, idem in eodem *(19,4)* proximi Hispania Mauri sunt . proximus illum, Salust. hist. IIII qui proximi locos hostium erant . proxime illum venit, Cic. pro Milone *(22,59)* proxime deos accessit .

Praesidet huic rei, Verg. Aen. III *(35)* Geticis qui praesidet arvis, idem Aen. VII *(799)* quis Iuppiter Anxyrius arvis praesidet. praesidet in illa re, Sal. Catil. *(57,2)* in agro Piceno praesidebat. praesidet illam rem, Sal. histor. II Titurium legatum cum cohortibus XV in Celtiberia hiemem agere iussit praesidentem socios, idem hist. III incidere in colonos Avellanos praesidentes agros suos.

Praestans illius, Verg. Aen. XII *(19)* o praestans animi iuvenis . praestans illo, Sal. Catil. *(37,5)* probro atque petulantia maxime praestabant . praestat ille illi pro 'melior est ille illo', Ter. Eun. *(II 2,1)* homo homini quid praestat stulto intelligens .

---

*Codex Parrhasii* 3 Potitur] Potens potiri] potituri 4 convenire 8 neque libertati 11 V] VI 13 rei *om.* 14 solis *corr.* soli 19 erant] errant 21 III] II 29 pro meliore est

---

3 Potitur] *Prisc. l. XVIII p. 333 Non. p. 481 Serv. in Verg. Aen. III 278* 4 ut, priusquam legatos conveniret, Adherbalis potiretur *codices Sallustii, Priscianus et Servius* 5 cuncta potiendi, *quae in bello Iugurthino non leguntur, ab editoribus Sallustii in fragmentis historiarum posita sunt . ex bello Iugurthino exemplum adscribi poterat 37,4* cupidine caecus ob thesauros oppidi potiendi 8 neque de libertate *Dietschius Sall. hist. fragm. p. 7*, neque libertate *P* 13 militiae peritus *M* 17 proxima Carthaginem *P*, proxime Carthaginem *codices Sallustii* 18 proximi Hispanias *vel* proxime Hispaniam *codices Sallustii* 19 qui proximi loca hostium erant *ex G edidit Lindemannus* 22 Anxyrus *Vergilius* 30 homini homo quid praestat *codices Terentii*

Praefectus illius, Sal. hist. I de praefecto urbis quasi possessione reip. magna utrinque vi contendebatur. praefectus illi, idem Iug. *(52,5)* quem elephantis et parti copiarum pedestrium praefectum supra diximus. praefectus in illo, Cic. pro Sextio *(18,41)* inque eo exercitu inimici mei fratrem praefecerat.

Praefinitur tibi illa res, Cic. Philip. I *(8,20)* census praefiniebatur, inquit, non centurioni quidem solum, sed equiti etiam Romano.

Pluris quam hoc, Sal. bello Catil. *(52,5)* pluris quam remp. fecere. pluris hoc, Cic. pro Sextio *(68,142)* quis Carthaginiensium pluris fuit Hannibale? |

Praeter illos, Cic. in Pisonem praeter unum praetorem, a quo non fuit postulandum, praeterque duos de lapide emptos tribunos. praeter illis, Sal. Catil. *(36,2)* ceterae multitudini diem statuit praeter rerum capitalium condemnatis.

Praestolor illi, Cic. in Catil. *I (9,24)* qui tibi ad forum Aurelium praestolarentur armati. praestolor illum, Ter. Eun. *(V 5,5)*

quem praestolare, Parmeno, hic ante ostium?

Praesto est, Cic. de praetura urbana Verris *(in Verr. act. sec. I 1,2)* praesto est, respondet, defenditur. praesto adest, Ter. Eun. *(V 8,20)* sed ubi est frater? praesto adest, Cic. pro Murena *(12,26)* praesto aderat sapiens ille, qui inire viam doceret.

Parte prior, Verg. Aen. V *(187)*

parte prior partem rostro premit a. p.

partem demissus, Sal. hist. IIII demissis partem quasi tertiam antemnis.

Plus hoc tempore, Cic. Philip. *I (3,7)* plus una nocte cupiens me retinere non potuit. plus hoc tempus, Verg. *geor. IIII (207)* neque enim plus septima ducitur aestas. plus satis *pro* 'plus quam satis est', Ter. Eun. *(I 2,5)*

accede ad ignem hunc, iam calesces plus *satis*.

---

*Codex Parrhasii* 1 illius] illis possessione] possessio 6 I] II 7 non centurioni] nocentur Iöni 8 remp. fecere] re prefecere 13 illis] illi diem] idem 15 I *om.* 17 ostium] ortum 23 premit t. v. p. 24 demissus] dimissus 25 I *om.* 26 geor. *om.* 27 pro *om.* 29 calescis plus Par (*om.* satis)

---

1 possessione *Bondamus et Dietschius Sall. hist. fragm. p. 10,* possessore *coniecit Lindemannus* 3 praefectum ab Iugurtha supra diximus *Sallustius* 4 inque eo exercitu ipsius tribuni pl. inimici mei *Cicero* 8 pluris quam rem publicam fecistis *Sallustius* 9 pluris Annibale *M* 12 postulandum, fratrem inimici mei, praeterque *Cicero* praeterquam duos *Lindemannus* 13 tribunos plebis *P* praeter illis] *cf. Prisc. l. XVIII p. 343. 354* 15 Praestolor] *Prisc. l. VIII p. 378 XVIII p. 274* 18 Verres *coniecit Lindemannus: cf. p. 501,4* 20 frater] pater *ex G edidit Lindemannus* 23 rostro premit aemula pristis *Vergilius* 25 plus una me nocte cupiens retinere non potuit *codices Ciceronis* 29 calesces plus satis *Terentius*

p. 253. 254 L.

Par his, Cic. pro Cluentio *(38,107)* ingenio et virtute par his quos ante memoravi . par hac re, Sal. hist. IIII scalas pares moenium altitudine . par cum his, Sal. Iug. *(14,9)* parem cum liberis tuis regnique participem fecisti . par hoc facere, Verg. buc. *(7,5)* et cantare pares .

Pudet illius *rei,* Cic. in Verrem actione prima *(12,35)* quos libidinis infamiaeque suae neque pudeat neque taedeat . pudet illud, Ter. Adel. *(IV 7,36)* non te haec pudent?

Pertaesum est huius *rei,* Verg. Aen. IIII *(18)*

si non paertaesum thalami taedaeque fuisset,

Verg. Aen. V *(713)*

et quos
pertaesum magni incepti rerumque tuarum est,

Sal. hist. III quam vos iniuriae pertaesum est .

Patet tot pedes, Verg. buc. *(3,105)*

tris pateat caeli spatium non amplius ulnas .

patet tot pedibus, | Sal. hist. IIII ad Siciliam vergens faucibus ipsis non amplius patet milibus V et XXX.

Pendet illa re, Verg. Aen. VIII *(668)* et te, Catilina, minaci pendentem scopulo . pendet de illa re, idem buc. *(1,77)*

dumosa pendere procul de rupe videbo .

pendet ab illa re, idem Aene. IIII *(79)* pendetque iterum narrantis ab ore . pendet illius rei, Ter. Heau. *(IV 4,5)* pendebat animi .

Proiectus in hac re, Verg. buc. *(1,76)* viridi proiectus in antro. proiectus hac re, idem Aen. XI *(87)* et toto proiectus corpore Turnus.

Propinquant illi loco, Verg. Aen. V *(159)* iamque propinquabant scopulo . propinquant illum locum, Sal. hist. IIII tum † utro Bithynii propinquantes iam amnem Tartanium. propinquum illa re, Sal. hist. [G] G. Verris litora Italia propinqua firmavit .

---

*Codex Parrhasii* 6 rei *om.* 9 pertesum *constanter* rei *om.* 10 talami tedaeque fuissent 13 tuarum et Sal. 19 VIII] VI 20 scopulo] populo

---

1 ingenio et diligentia et religione par iis quos antea commemoravi *Cicero* 13 tuarum est Sal. hist. *P* 14 Sal. hist. III] *in oratione Macri § 8* 17 ipsis *om. M* 20 pendentem scopulo *Vergilius* 23 cum in spe pendebit animi *Terentius* 25 sternitur et toto proiectus corpore terrae *Vergilius Aen. XI 87 . Turni nomen errori grammatici tribuendum est* proiectus tempore Turnus *GP: cf. Verg. Aen. XI 459* immo, ait, o cives, arrepto tempore Turnus 27 tum vero Bithyni *M*: tum vero Atropateni propinquantes iam amnem Arsaniam *coniecit Dietschius Sall. hist. fragm. p. 115 coll. Plut. Lucull. c. 31* 28 Sal. hist. IIII G. Verres *Kritzius Sall. hist. fragm. p. 333 et Dietschius p. 96.* Sal. hist. VI G. Verres *coniecerat Lindemannus* 29 Italiae *scripsisse Sallustium, Arusianum autem falsa scriptura deceptum esse coniecit Dietschius*

p. 254. 255 L.

Piget illius *rei*, Verg. Aen. V *(678)* piget incepti lucisque. piget illud, Ter. Phor. *(III 3,21)* quod nos post pigeat, Geta.

Patior hoc facere, Verg. Aen. VIII *(577)* patior quemvis durare laborem. patior hoc futurum esse, Cic. de praetura urbana Verris *(in Verr. act. sec. I 1,2)* patior, non moleste fero iud. me laboris mei, vos virtutis vestrae fructum esse laturos. patiens huius *rei*, Verg. geor. II *(223)* et patientem vomeris unci.

Praegnans hac re, Verg. Aen. VII *(319) nec face tantum Cisseis praegnans, idem Aen. X (704)* et face praegnans Cisseis regina.

Propius illas res, Sal. Catil. *(11,1)* quod tamen vitium propius virtutem erat, idem Iug. *(18,9)* propius mare Africum agitabant. propius his rebus, Vergilius georg. I *(355)* propius stabulis armenta tenerent, idem georg. IIII *(47)* ne propius tectis taxum sine. propior illi illam rem, Verg. geor. III *(58)* et faciem tauro propior.

Pepercit huic rei, Verg. Aen. II *(534)*

non tamen abstinuit nec voci iraeque pepercit.

parce hoc facere, Verg. Aen. III *(42)* parce pias scelerare manus.

Poenitet me facti, Verg. buc. *(10,16)* | nostri nec poenitet illas. poenitet me hoc fecisse, idem ibidem *(2,34)*

nec te poeniteat calamo trivisse labellum.

Potest ab hac re, Ter. Heau. *(prol. 13)*

sed hic actor tantum poterit a facundia.

potest hac re, Cic. rhetoricorum I *(2,3)* cum viribus plurimum posset.

Potis est pro potest, Verg. Aen. VIIII *(796)* potis est per tela, per ignes, Ter. Adel. *(III 2,46)* peiore res loco non potis est esse.

Pro hac *re*, id est ante hanc rem, Verg. Aen. VIII *(653)* stabat pro templo, Cic. in Pisonem *(5,11)* pro Aurelio tribunali dilectus servorum habebatur.

Perosus illam rem, Verg. Aen. VI *(435)* lucemque perosi, idem VIIII *(141)* non genus omne perosos femineum.

Poenas illius, quas ille intulit, Verg. Aen. VI *(565)* ipsa deum

---

*Codex Parrhasii* 1 rei *om.* 6 rei *om.* 7 II] III 8 Verg. Aen. IIII et face pregnans Cisseis regina 11 agitabunt 13 IIII] III 15 II] III 24 pro potest] pro prodest 27 re *om.* 28 in Pisone

---

5 patior, iudices, et non moleste fero *codices Ciceronis* 10 Propius] *Prisc. l. XVIII p. 292* 11 agitabant *Vergilius et Priscianus* 13 neu propius *Vergilius et Priscianus*, ne propius *codex Vossianus Prisciani* 24 potis est per tela virosque *Vergilius Aen. IX 796 : cf. Aen. II 664* per tela, per ignes cripis 32 Poenae illius *Houvenus p. 46*

poenas docuit, Cic. in Pisonem *(21,50)* et gravissimae legum poenae vetarent : sic Salustius hist. *I* nam iniuriae validiorum .

Propter te, id est tui causa, Verg. Aen. IIII *(320)*

te propter Libyae gentes Nomadumque tyranni
odere .

propter te, iuxta te, Cic. in Pisonem *(3,6)* mihi hic vir clarissimus, qui propter te sedet, Lucius Gellius, Verg. geor. III *(13)*

et viridi in campo templum de marmore ponam
propter aquam .

Properat illam rem, Verg. Aen. VIIII *(401)* et pulchram properet per vulnera mortem, Sal. Iug. *(37,4)* aliaque properare.

Praesagus illius rei, Verg. Aen. X *(843)* praesaga mali mens.

Primus regno, Verg. Aen. XI *(238)*

et primus sceptris haud laeta fronte Latinus.

Praesens illius *rei, Verg.* Aen. XI *(483)* armipotens praesens *belli* .

Post habeo meam rem tua re, Verg. buc. *(7,17)*

post habui tamen illorum mea seria ludo :

sic et post duco, Sal. Iug. *(73,6)* et sua necessaria post illius negotium ducere . post habeo illam rem prae illa re, Ter. Adel. *(II 3,9)*

qui † in omnia sibi post putarit esse prae meo commodo.

Pergo iter, Ter. Hecy. *(I 2,119)* pergam quo occepi hoc iter. |

Progredior illo loco, Verg. Aen. III *(300)* progredimur portu . progredior intra illud, Verg. Aen. XI *(608)*

iamque intra iactum teli progressus uterque .

Per mutua pro invicem, Verg. Aen. VII *(66)* et pedibus per mutua nexis.

---

*Codex Parrhasii* 1 in Pisone 2 I *om.* 3 IIII] VII 6 in Pisone mihi 7 III] IIII 10 Properat] Propter properet per] propter 11 properare] prop 12 Presagus presaga 13 XI] VIII 15 Presens illius Aen. XI armipotens presens Post habeo 18 ludos 24 inter illud

---

2 Salustius hist. I] *August. de civ. dei II 18* idem (Sallustius) tamen in primo historiae suae libro atque ipso eius exordio fatetur — nam iniuriae, inquit, validiorum et ob eas discessio plebis a patribus *etc. Serv. in Verg. georg. IV 238* item Sallustius 'iniuria validiorum', scilicet quam inferebant validiores 3 Propter] *Non. p. 367* 4 Libycae gentes *Vergilius* 10 Propero illam rem *et deinde* properet per *Lindemannus* 11 aliaque quae incepto usui forent properare *Sallustius* 15 armipotens, praeses belli, Tritonia virgo *Vergilius, ubi* praesens *legitur in codicibus et apud Servium* 19 et sua necessaria post illius honorem ducerent *Sallustius* 21 quin omnia sibi post putarit *P,* qui omnia sibi postputavit *Lindemannus* . quin omnia, *sicut in non nullis Terentii codicibus et apud Donatum legitur, Arusianus legisse videtur*, qui omnia *plurimi codices Terentii,* qui ignominia *codex Bembinus* 22 quo coepi *codices Terentii et Nonii p. 318* 23 progredior portu *Vergilius*

p. 256 L.

Pugno in illum, Sal. Catil. *(52,30)* contra imperium in hostem pugnaverat .

Pollens illa re, Sal. Iug. *(6,1)* pollens viribus .

Privus illius *rei,* Sal. hist. I numeroque praestans privus ipse militiae .

Pavesco illa re, Sal. Iug. *(72,2)* omni strepitu pavescere.

Prudens illarum rerum, Sal. hist. I prudens omnium quae senatus censuerat .

Praeminet illa re illam rem, Sal. hist. II omnes qui circum sunt praeminet altitudine milium passuum duorum .

Pertinens in illam rem, Sal. hist. III unde pons in oppidum pertinens explicatur.

Promptus illius rei, Sal. hist. II neque virgines nuptum a parentibus mittebantur, sed ipsae belli promptissimos deligebant.

Praeluceo mihi lumine, Sal. hist. IIII quae praedatores facibus sibi praelucentes ambustis tectis sine cura reliquerant .

Per geminata praepositio, Cic. pro Scauro hoc nomine audito, quod per omnes gentes pervagatum est .

Profiteor in his, Ter. Eun. *(prol. 3)*

in his poeta hic nomen profitetur suum .

Prae ut ille quae facit, Ter. Eun. *(II 3,9)* [prae ut ille quae facit te]
ludum iocumque fuisse dicet illum alterum,
prae ut huius rabies quae dabit.

Postilla *pro* postea, Ter. Phor. *(V 9,29)*
eam compressit, unde haec nata est, neque postilla unquam attigit.

Proruit se pro immisit, Ter. Eun. *(III 5,51)* foras simul omnes proruunt *se.*

---

*Codex Parrhasii* 3 Polles illa re 4 rei *om.* 6 Sal. Iug.] Sal. hist. I 10 preminent *posteriore loco* multitudine *corr.* altitudine 14 sed ipse 15 qui pretores facibus sibi prelucentes ambustas in tectis 21 Prae utile quae facit Ter. Eun. praeutile quae facit te ludum locumque 22 alterum. Pre ut huius scabies 24 pro *om.* 28 se *om.*

---

10 praeminet altitudine *Lipsius apud Dousam in Sall. hist.? fragm. p. 52 ed. Hav.*, praeminent altitudinem *M* 14 promittebantur *vel* tradebantur *coniecit Vrsinus in Sall. hist. fragm. p. 50 ed. Hav.* diligebant *M et Lindemannus,* delegebant *editores Sallustii ex codice Frontonis* 15 quia praetores *P*, quum praetores *coniecit Lindemannus* quae praedatores facibus sibi praelucentes ambustis tectis sine cura reliquerant *scripsi ind. lect. Hal. aest. a. 1879 p. X*, quia praedatores facibus sibi praelucentes ambustas in tectis sine cura reliquerant *coniecerat Linkerus emend. Sallust. p. 33 (Sitzungsberichte d. Wien. Akad. B. 13. 1854) coll. Plutarch. Lucull. c. 19*, *item Wagnerus Zeitschr. f. Gymnasialw. Berol. a. 1855 p. 198* 22 dicet fuisse *codex Bembinus Terentii,* dices fuisse *reliqui codices et Priscianus l. XV p. 50* 27 pro emisit *coniecit Lindemannus* . *an* pro immittit se?

p. 256. 257 L.

Postremum vides, id est novissime vides, Ter. Andria *(II 1,22)* si id facis, hodie postremum me vides .

Per tempus, id est opportune, Ter. And. *(IV 4,44)* o Chremes, per tempus advenis . |

Praeeo tibi, Cic. de domo sua *(52,133)* aut mihi praeeatis postem teneatis .

Pluit illa re, Verg. georg. IIII *(80)*

non densior aëre grando
nec de concussa tantum pluit ilice glandis .

Queror illam rem, Verg. Aen. I *(385)* nec plura querentem passa Venus, Sal. hist. I nam Syllae dominationem queri non audebat . queror de illa re, Cic. pro Cluentio *(5,13)* sed nefarium matris pellicatum ferre non posset, de quo ne queri quidem se sine scelere arbitraretur . queror tecum pro apud te, Cic. pro Oppio questusque mecum est . querella est facti tui, Cic. in Pisonem *(1,1)* iam vides, bellua, iamne sentis, quae sit hominum querella frontis tuae?

Quae, malum, ista ratio est * igitur ista ratio, cum statueras eripere, ad iniuriam eripiendi fraudem sceleris adiungere, Ter. Heaut. *(II 3,77)* quas malum ambages mihi narrare incipit, idem Eun. *(IV 7,10)* qui malum alii .

Quietus ab illis rebus, Sal. hist. I quietam a bellis civitatem . quies illarum rerum, Verg. geor. IIII *(184)* omnibus una quies operum.

Quicum pro cum quo, Cic. pro Quintio *(6,25)* quicum tibi societas adfinitas erat . quicum pro cum qua, Verg. Aen. XI *(820)*

Accam ex aequalibus unam,
quicum partiri curas atque ita fatur .

*Codex Parrhasii* 1 Andria] adel. andria, *sed deleto* adel. 5 Praeeo] Preo preeatis 10 Quero *primo loco* 13 non posset scel de quo, *sed deleto* scel 15 in Pisone iam videns bellua iam nec sentis 17 malum] malim, *item postea 19 et 20* 25 Accam] Ac cum

5 ut mihi praeeatis postemque teneatis *Cicero, quod ipse Arusianus legit,* aut mihi praeeatis aut postem teneatis *ex G edidit Lindemannus* praeeatis] pareatis *codices Ciceronis* 11 Sal. hist. I] *Don. in Ter. Phorm. II 3,24* et Sallustius 'nam Syllae dominationem queri non audebat', et interpositis quibusdam sequitur 'qua offensus', hoc est dominatione Syllae . *nam ita fere haec emendanda sunt . apud Arusianum Sallustii exemplum non indicato libro ex G ediderat Lindemannus* 13 se sine scelere posse arbitraretur *vel* sine scelere se posse arbitraretur *codices Ciceronis* 15 iam inde, bellua, iam ne sentis *ex G edidit Lindemannus*, iamne (*vel* iam) vides belua iamne sentis *codices Ciceronis* 17 Quae malum] *Cic. Philipp. X 9,18* quae, malum, est ista ratio, semper optimis causis veteranorum nomen opponere? *reliqua unde petita sint, non constat* 19 incipit] occipit *Terentius* 23 iussit bona proscribi eius, quicum familiaritas fuerat, societas erat, adfinitas liberis istius vivis divelli nullo modo poterat *Cicero* 25 Accam ex aequalibus unam Adloquitur, fida ante alias quae sola Camillae, Quicum partiri curas, atque haec ita fatur *Vergilius*

Quoad pro donec, Verg. Aen. XII *(147)* quoad visa est fortuna pati, Sal. Iug. *(41,10)* quoad semet ipsa praecipitavit .

Quid hominis est pro qualis homo est, Ter. Hecy. *(IV 4,21)* quid mulieris uxorem habes?

Quadrat in illum, Cic. pro Caelio *(29,69)* nisi omnia quae cum turpitudine aliqua dicerentur in istam quadrare apte viderentur.

Quisque *suos patiamur pro* nostros patiamur, Verg. Aen. VI *(743)* quisque suos patiamur amores. |

Relegatus in illum locum, Sal. hist. I relegati in paludes.

Recordor de illo, Cic. pro Scauro *(49)* de te recordor . recordor illum, Verg. Aen. VIII *(156)*

et vocem Anchisae magni vultumque recordor .

Resonat carmen locus, Verg. buc. *(1,5)*

formosam resonare doces Amaryllida silvas .

resonat carmine locus, idem Aen. IIII *(668)* resonat plangoribus aether . resonat ille carmine illum locum, idem Aen. VII *(11)* inaccessos ubi Solis filia lucos assiduo resonat cantu .

Refugit ab illa re, Verg. Aen. III *(536)* refugitque ab littore templum . refugit illam rem, idem Aen. VII *(618)* aversusque refugit foeda ministeria . refugit illa sui parte, idem geor. I *(442)* medioque refugerit orbe .

Recens ab illa re, Verg. Aen. VI *(450)* recens a vulnere Dido . recens illo loco, Cic. Philip. I *(3,8)* ex his quidam Roma recentes .

Requiesco illud tempus, Verg. buc. *(1,80)*

hic tamen hanc mecum poteris requiescere noctem :

---

*Codex Parrhasii* 5 Quadrate in illam *corr.* Quadrat in illum 6 quadrare apud te videretur 7 Quisque nostros patiamur . verg. aen. V 9 | Relegat relegat in illum locum . sal. hist. I. Relegat in paludes | *in primo versu novae paginae solum* relegat *scriptum, reliqua pars versus vacua relicta est* 14 formosum 16 ille] illo VII] VIII inacessos 20 I] II 22 VI] VII

---

1 qua visa est *codices Vergilii*, et quidam putant Vergilium 'quoad visa est fortuna' reliquisse, ut sit 'quoad visa est' usque eo *Servius* 6 quadrare apte viderentur *Cicero* 7 Quisque nostrum patimur Virg. Aen. VI quisque suos patimur mores *ex G edidit Lindemannus* 8 quisque suos patimur manes *Vergilius* 9 Relegat in illum locum Sal. hist. I Relegat in paludes *M* Relegat illi loco Virg. Aen. VII Et Nymphae Egeriae nemorique (memorique *edidit Lindemannus*) relegat Relegat in illum locum Sall. Histor. I Relegat in paludes *G . eadem leguntur in codice Perizoniano . lacunam, quae in Neapolitano codice videbatur indicata esse, addito exemplo Vergilii (Aen. VII 775) suppleverunt Itali* Sal. hist. I] *in oratione Lepidi § 23* relegati in paludes et silvas 15 resonat magnis plangoribus aether *Vergilius* clangoribus *G* 16 resonat ille carmine illum locum *Houvenus p. 42* 25 poteras *codices Vergilii*

p. 258. 259 L.
sic Cic. pro Cluentio *(13,38)* qui cum unum iam et alterum diem desideraretur . requiesco cursum meum, Verg. buc. *(8,4)*

et mutata suos requierunt flumina cursus.

Recipit se ab illis locis, Verg. geor. IIII *(403)* quo fessus ab undis se recipit . recipit ex illo illum, idem Aen. VI *(110)*

illum ego per flammas et mille sequentia tela
eripui his humeris medioque ex hoste recepi .

Residunt in illam partem, Verg. Aen. VIIII *(539)* dum se glomerant retroque residunt in partem quae peste caret . residit illa re, idem Aen. I *(506)* solioque alte subnixa residit . resedit in illa re, idem Aen. V *(180)* siccaque in rupe resedit .

Reminiscor illam rem, Verg. Aen. X *(782)* et dulces moriens reminiscitur Argos. |

Ritu illius rei, Verg. Aen. XI *(611)* crebra nivis ritu .

Refert illum facie, Verg. Aen. IIII *(329)* qui te tamen ore referret, idem Aen. XII *(348)*

nomine avum referens, animo manibusque parentem .

Regnata illi loca, in quibus ille regnavit, Verg. Aen. VI *(794)* regnata per arva Saturno quondam, idem Aen. III *(13)*

terra procul vastis colitur Mavortia campis,
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo .

Reapse pro ipsa re, Cic. de rep. *(I 2,2)* reapse non ratione praeceptio .

Recursat animo, *Verg. Aen. IIII (3)*

*multa viri virtus animo* multusque recursat
gentis honos .

Reponis in illam rem, Verg. Aen. I *(253)* sic nos in sceptra reponis . repositum in illa re, Cic. de signis *(in Ver. IV 3,5)* sacra quaedam more Atheniensium reposita in capitibus virginum . repone illi rei, Verg. Aen. VII *(134)* et vina reponite mensis .

Repetitum praedae pro ad praedam, Sal. hist. I quo patefactum est remp. praedae, non libertati repetitam .

---

*Codex Parrhasii* 1 unam *corr.* unum 3 mutata] mota 7 ex *ante* hoste *postea additum esse videtur* 13 Argos] agros 16 XII] X 18 loca] locum 22 Reapse] repsa *corr.* repse *priore loco* 23 preceptio 24 Verg. Aen. IIII multa viri virtus animo *om.* 25 multasque *corr.* multusque 30 VII] VIII 32 repetitum

---

1 unum iam et alterum] una re et alteram *ex G edidit Lindemannus* 3 et mutata suos *Vergilius* 22 reapse non oratione perfectio *codex Ciceronis,* reapse, non oratione praeceptio *defendi ind. lect. Hal. aest. a. 1879 p. XI* 29 more Atheniensium virginum reposita in capitibus sustinebant *codices Ciceronis* 32 libertati repetitam *ex G edidit Lindemannus*

Restitui illum in locum, Ter. Hecy. *(prol. 21)* ita poetam restitui in locum.

Similis illius rei, Verg. Aen. V *(594)* delphinum similes . similis illi, idem Aen. VIII *(649)*

illum indignanti *similem* similemque minanti,

Sal. Catil. *(14,4)* similisque ceteris efficiebatur. similis illi faciem, Verg. georg. II *(131)* faciemque simillima lauro.

Subeo illam rem, Verg. Aen. IIII *(599)* quem subiisse humeris confectum aetate, idem Aen. VIII *(362)* haec limina victor Alcides subiit . subeo illi rei, Verg. Aen. VII *(161)* muroque subibant : sic Aen. VI *(813)* cui deinde † subit otio qui rumpere patria, Cic. in divinatione *(in Caec. 14,46)* poteris † eis oratione subire. |

Successit illi rei, Verg. Aen. I *(627)* o iuvenes tectis succedite nostris, idem Aen. VII *(501)* successitque gemens stabulis . successit illam rem, Sal. hist. I cum murum hostium successisset, idem hist. III muros successerant, idem hist. II turmam equitum castra regis succedere et prope rationem explorare iubet .

Servatus periculis, Verg. Aen. VIII *(188)* saevis, hospes Troiane, periclis servati facimus . servatus ex periculis, idem Aen. XII *(768)*

servati ex undis ubi figere dona solebat .

servatus a periculis, idem Aen. V *(699)* servatae a peste carinae .

Servans huius rei, idem Aen. II *(427)*

qui fuit in Teucris et servantissimus aequi .

Suadet illi, Sal. Iug. *(61,5)* facile Numidae persuadet . suadet illum facere, Verg. Aen. XII *(813)*

---

*Codex Parrhasii* 1 poeta 5 indignantis *corr.* — ti similem *om.* 7 II] I 17 properationem 18 VIII] VIIII Troianae 19 servatus ex periculis] servatos (*corr.* — tus) ex periclis 22 II] VII 24 Suadet illum facere Verg. aen. XII Iuturnam misero fateor succurrere fratri Suadet illi Sal. Iug. facile Numidae persuadet Suadet illum facere Verg. aen. XII Iuturnam misero fateor succurrere fratri Studeo, *locutione* suadet illum — fratri *bis scripta*

---

11 cui deinde subibit otia qui rumpet patriae *Vergilius* 12 poterisne eius orationis subire invidiam *codices Ciceronis*, poterisne eius orationi subire *scholia in Cic. l. c. et Nonius p. 404, et sic scripserat Arusianus* subire . Virg. Ae. IIII nostris successit sedibus hospes . Successit illam Sal. hist. III muros successerant *M . Vergilii exemplum Aen. IV 10 post* successit illi rei *posuit Lindemannus* 13 Successit] *Serv. in Verg. buc. 5,5* o tectis iuvenes *codices Vergilii, sed* o iuvenes tectis *prima manu codex Romanus* 16 successerant] successerunt *ex G edidit Lindemannus* 17 propere stationem *vel* prope stationem *coniecit Bondamus*, proeli rationem *Dietschius Sall. hist. fragm. p. 50.* prope munitionem *scripsi ind. lect. Hal. aest. a. 1879 p. X, quamquam* rationem *ita defendi poterat, ut scriberetur* prope rationem explorare iubet locorum 20 solebant *Vergilius* 24 *fortasse* suadet illi, Sal. Iug. (26,1) Adherbali suadent : sic Sal. Iug. facile Numidae persuadet

p. 260. 261 L.

Iuturnam misero, fateor, succurrere fratri
*suasi* .

Studeo illi [rei], Cic. pro Caelio *(5,11)* studuit Catilinae iterum petenti . studeo me praestare illis, Sal. Catil. *(1,1)* qui sese student praestare ceteris animalibus . studeo illam rem, Cic. pro Scauro retineret, id quod praecipue semper studuit, generis familiae nominis dignitatem, Ter. Heauton. *(II 4,2)*

id cum studuisti, isti formae ut mores consimiles forent,

idem Hecy. *(II 1,2)*

ut omnes mulieres eadem aeque studeant nolintque omnia,

idem eadem *(II 2,20)* studeo haec, priusquam ille redeat .

Super hac re pro plus hac re, Verg. Aen. VIIII *(61)* nocte super media, id est plus media. super hac re pro de hac re, Verg. Aen. I *(750)* multa super Priamo rogitans, idem geor. IIII *(559)*

haec super arvorum cultu pecorumque canebam
et super arboribus .

super hac re pro pro hac re, idem Aen. IIII *(233)*

nec super ipse sua molitur laude laborem.

super illa re pro in illa re, idem buc. *(1,81)* fronde super viridi, idem | Aen. I *(700)* stratoque super discumbitur ostro, idem Aen. VI *(203)* gemina super arbore sidunt . super illam rem, idem Aen. I *(295)* saeva sedens super arma.

Subter illam rem, Verg. Aen. III *(694)* Alpheum fama est huc Elidis amnem occultas egisse vias subter mare . subter illa re, idem Aen. VIIII *(514)*

ferre iuvat subter densa testudine casus.

Sub hac re pro in hac re, Verg. Aen. VII *(179)* curvam servans sub imagine falcem Saturnusque senex . sub hanc rem pro ad hanc rem, Verg. Aen. V *(853)* oculosque sub astra tenebat, idem Aen. II *(442)* postesque sub ipsos nituntur gradibus, idem Aen. IIII *(494)*

---

*Codex Parrhasii* 3 Catilina 8 isti] is 10 eademque studeant nolimque omnia 12 Verg. aen. IIII in noctes super media 17 pro pro hac re] pro de hac re 18 sua] suum 19 super illa re pro in illa re] Super illam rem idem aen. I pro in illam *corr.* Super illa pro in illam 30 postesque sub] sub postesque

---

11 priusquam ille huc (*vel* ut) redeat *codices Terentii,* priusquam ille redeat *superscripto* ut *codex Bembinus* 17 super hac re pro pro hac re *restitui ex Diomede p. 413,18 et Dositheo p. 416,7* 18 sua molitur *codices Vergilii Diomedis Dosithei* 19 super illa re pro in illa re] *cf. Prisc. l. XIV p. 55* id est in gemina arbore sidunt super 23 huc] hac *edidit Lindemannus,* huc *G*

p. 261. 262 L.

tu secreta pyram tecto interiore sub auras
erige .

sub hanc rem pro per hanc rem, Verg. Aen. I *(662)* et sub noctem cura recursat, Cic. de domo *(5,11)* frumentum provinciae, quod gratius esset cum ipsa fame subvenisse, custodiis suis clausum continebant, ut sub novum mitterent . sub hac re *pro* prope hanc rem, Verg. geor. IIII *(490)* Eurydicenque suam iam luce sub ipsa respexit . sub illam rem coegit, Verg. Aen. VII *(43)* totamque sub arma coactam Hesperiam . sub illam rem removit, Sal. hist. I et stationes sub vineas removebat . sub hac re *se* subicit pro sub hac re crescit, Verg. geor. II *(18)*

laurus
parva sub ingenti matris se subicit umbra.

sub illam rem locatum, nove Sal. hist. IIII dolia cum sub trabes locata vitibus aut tergis vinciebant.

Subpeditat hac re, Cic. Siciliensi *(in Verr. II 2,5)* coriis, tunicis frumentoque subpeditat. subpeditare illi sumtibus volo, Ter. Heau. *(V 1,57)*

nam si illi pergo suppeditare [illis] sumptibus .

subpeditor hac re, Cic. in Catil. *II (11,25)* sed si omissis his rebus, quibus nos subpeditamur, eget ille .

Satur illius *rei,* Ter. Adel. *(V 1,3)* postquam intus sum omnium rerum satur . saturatus illam rem, Verg. Aen. V *(608)* necdum antiquum saturata dolorem . saturatus illa re, idem Aen. VII *(298)* odiis aut exsaturata quievi . |

Sciens huius rei, Sal. sciens horum, idem hist. II belli sane sciens. scit illas res, Verg. Aen. XII *(396)*

---

*Codex Parrhasii* 1 interiorem *corr.* — re auras] atras 3 pro per] prope 6 pro *om.* 7 Euridicenque 10 se subicit] subiecit 15 tergis] tirgis 19 II *om.* 20 subpeditamus *corr.* — mur 21 rei *om.* 22 VII] IIII 24 exsaturata] exaturata *corr.* exsaturata 25 belli sane sciens] bellica nesciens

---

3 sub hanc rem pro per hanc rem] *cf. Prisc. l. XIV p. 54* pro per noctem, *Serv. in Verg. l. c.* quia vehementiores curae vel circa noctem vel per noctem sunt 4 frumentum provinciae frumentariae partim non habebant, partim in alias terras, credo propter varietatem venditorum, miserant, partim, quo gratius essèt tum, cum in ipsa fame subvenissent, custodiis suis clausum continebant, ut subito novum mitterent *Cicero* 14 dolia sub trabes locata vitibus aut tergis vinciebant *P, quod defendit Houvenus p. 47 coll. Serv. in Verg. Aen. IX 412* tergum pro tergus dixit: Sallustius tergis vinciebant pro tergoribus dolia quae *coniecit Lindemannus . an* dolia quoque ? 15 aut virgis *ex G edidit Lindemannus* 17 frumentoque suppeditato *Cicero*, frumentoque suppeditabat *G P* 25 sciens horum] sciens locorum *Ruhnkenius in Vell. II 88 p. 365 coll. Sall. Iug. 85,45* exercitus ibi est locorum sciens, *97,3* locorum scientes erant. *nam* sciens horum *apud Sallustium non legitur* belli sane sciens *coll. comm. Cruq. in Hor. epist. I 15,5* sane valde, ut Sallust. belli sane sciens *restituit Lindemannus,* bellicae rei sciens *Ruhnkenius l. c. ex coniectura Burmanni: cf. Houven. p. 47*

p. 262 L.

scire potestates herbarum usumque medendi
maluit .

scit his rebus, Ter. Eun. *(I 2,52)* videt honestam virginem et fidibus scire . scientem te faciam, Ter. Heau. *(IV 8,32)*

nam te scientem faciam, quicquid egero .

Subgredior illum locum, Sal. hist. IIII stolide castra subgressus.

Suetus his rebus, Sal. hist. II genus militum suetum a pueritia latrociniis, idem ibidem genus hominum vagum et rapinis suetum magis quam agrorum cultibus .

Sapor illius rei, Verg. geor. IIII *(267)*

proderit et tunsum gallae admiscere saporem .

sapor iuxta illam rem, Sal. hist. IIII sapor iuxta fontes dulcissimos.

Satagit illarum rerum, Ter. Eun. *(Heaut. II 1,13)* etsi is quoque suarum rerum satagit .

Sponsa mihi est, Ter. Eun. * sponsa mihi est.

Stat in illo habitu, Verg. Aen. VIIII *(581)*

stabat *in* egregiis Arcentis filius armis .

stat hac, id est favet nostrae parti, idem Aen. XII *(565)*

nequa meis esto dictis mora, Iuppiter hac stat .

Siste huc, Verg. Aen. IIII *(634)*

Annam, cara mihi nutrix, huc siste sororem .

siste hic, idem Aen. XI *(852)*

hic dea se primum rapido pulcherrima nisu
sistit .

Supervenio illis, Verg. buc. *(6,20)* timidisque supervenit Aegle.

Sublego tibi, Verg. buc. *(9,21)*

vel quae sublegi tacitus tibi carmina nuper.

Subligo illi parti, Verg. Aen. VIII *(459)*

tum lateri atque humeris Tegeum subligat ensem .

Subnecto illi parti, Verg. geor. III *(167)* cervici subnectite.

Secundat illam rem, id est secundam et prosperam facit, Verg. Aen. III *(36)* rite secundarent visus.

---

*Codex Parrhasii* 8 ibidem] ibi vagum] vagi 16 VIIII] VIII 17 stabat egregiis 18 stat adest favet 19 hac stat] adstat 25 Egle

---

3 hanc forma videt honesta virginem et fidibus scire *Terentius, ubi* honestam *est in codice Victoriano* 8 vagum *ex G edidit Lindemannus*, vagi *corr.* vagum *P* 12 dulcissimus *haud dubie scripserat Sallustius . ad descriptionem lacus Lucaniae apud Plutarchum Crass. c. 11 verba rettulit Kritzius Sall. hist. fragm. p. 339* 15 Ter. Eun.] *duo exempla Terentii Arusianus adscripserat, Eun. V 8,6* scis sponsam mihi *et Phorm. IV 3,52* quae sponsa est mihi 18 stat hac id est favet *Lindemannus* 19 Iuppiter hac stat *Vergilius* 30 cervici subnecte *Vergilius* 32 visum *ex G edidit Lindemannus*

p. 263 L.

Salio per illam rem, Verg. geor. II *(384)* unctos saliere per utres. | Securus huius *rei*, Verg. Aen. VII *(304)* securi pelagi atque mei. Siccus hac re, Verg. Aen. VIII *(261)* et siccum sanguine guttur. Sacer deo illi, Verg. Aen. XII *(766)*

forte sacer Fauno foliis oleaster amaris.

Sparge illud, Verg. buc. *(8,30)* sparge, marite, nuces . sparge illi illud, Cic. pro Cluentio *(26,71)* guttam aspargit huic bulbo.

Sentio de te bona, Cic. in Catil. III *(2,5)* qui omnia de rep. praeclara atque egregia sentirent.

Sancio peccatum supplicio, Cic. pro Sylla *(p. Planc. 19,47)* noli observantiam sancire poena . sanxi crimen exilio, Cic. pro Sylla *(p. Planc. 34,83)* addidit me idcirco mea lege exilio ambitum sanxisse .

Statuo illum capite in terram, Ter. Adel. *(III 2,18)*
sublimem medium abriperem et capite primum in terram statuerem.

Spectatur ab aetate, Verg. Aen. VIIII *(235)* neve haec nostris spectentur ab annis.

Sitiens illius rei, Cic. pro Sylla *(p. Planc. 5,13)* sitientem me virtutis tuae.

Sub praepositio geminata, Cic. de imperio Pompei *(in Verr. act. sec. I 21,55)* sub imperium P. R. dicionemque subiunxit.

Subsedit illam rem, Verg. Aen. XI *(268)* devictam Asiam subsedit adulter . subsedit hac re, idem Aen. V *(498)* galeaque ima subsedit Acestes . subsedit in illo loco, Cic. pro Milone *(19,49)* subsidendum aliquo in loco Miloni .

---

*Codex Parrhasii* 2 rei *om.* mei] mihi 3 VIII] I 6 sparge illi] sparge illo 10 Sancio — 11 poena *hoc loco omissa post 17* ab annis *scripta sunt* 11 sanxi] sensi exilio] ex illo *priore loco* 13 sanxisse] sensisse 16 Spectatus *priore loco* 17 spectantur *posteriore loco* 23 re] res *corr.* re galeamque

---

6 sparge illi illud *Bondamus apud Houvenum p. 42* 10 Sancio — poena, *quae in codice infra 11 post elocutionem* spectatur — ab annis *scripta sunt, huc revocavi . similis error fuit supra 479,3* incumbo in illam rem 12 hic etiam addidisti me idcirco mea lege exilio ambitum sanxisse *Cicero. apud Arusianum* sanxi crimen exilio *et* sanxisse *scribendum esse adnotavit Garatonius Cic. orat. v. VII praef. p. X* 15 sublimen *Maius in editione Mediolanensi ex codice Ambrosiano* arriperem *codices Terentii* 20 Cic. de imperio Pompei] idem de praetura urbana *M . in oratione de imperio Cn. Pompei* sub praepositio geminata *non legitur . sed exemplo quod Arusianus ex oratione in Verrem adscripsit similis est locus de imp. Cn. Pomp. 12,35* totam ad imperium populi Romani Ciliciam adiunxit 24 subsedendum *ex G edidit Lindemannus* . sic Miloni, cum insidiator esset, si illum ad urbem nocte accessurum sciebat, subsidendum atque expectandum fuit *codices Ciceronis*

Tenus hac re, Verg. Aen. II *(553)* capulo tenus, idem Aen. III *(427)* pube tenus, Cic. pro Deiotaro *(13,36)* Tauro tenus regnare iussus . tenus huius rei, Verg. georg. III *(53)*

et crurum tenus a mento palearia pendent, |

idem Aen. X *(210)*

cui laterum tenus hispida nanti
spumea caeruleo sub pectore m. u.

tenus hac, id est huc usque, Verg. Aen. V *(603)*

hac celebrata tenus sancto certamina patri,

idem georg. II *(1)*

hactenus arvorum cultus et sidera caeli,
nunc te, Bacche, canam.

Temperans huius rei, Ter. Phor. *(II 1,41)* rei foret aut infamiae temperans . temperat ab hac re, Verg. Aen. II *(8)* temperat a lacrimis . temperat sibi a periculo, idem georg. I *(360)*

iam sibi tum a curvis male temperat unda carinis .

temperat huic, Cicero de M. Marcello *(3,8)* animum vincere et iracundiam cohibere, victis temperare.

Triumphat de illo, Cicero de imperio Pompei *(3,8)* triumphavit L. Murena de Mithridate . triumphat illud, Ter. Eun. *(III 1,3)* id vero serio triumphat . triumphatus, *id est* de quo triumphatum est, Verg. Aen. VI *(837)*

ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
victor aget currum .

Trepidus hac re, Verg. Aen. VI *(290)*

corripit hic subita trepidus formidine ferrum
Aeneas .

trepidus huius rei, idem Aen. XII *(589)* illae intus trepidae rerum.

Tolero illam rem, Verg. Aen. VIII *(409)*

cui tolerare colo vitam tenuique Minerva
impositum,

---

*Codex Parrhasii* 7 ceruleos 9 huc celebrata 13 Temperans] Temperare *priore loco* 14 lachrymis 18 victis] victu 21 vero] verio. id est *om.* 29 Tollero *corr.* Tolero 30 colo *postea additum est*

---

1 Tenus] *Non. p. 377* 6 cui laterum tenus hispida nanti Frons hominem praefert, in pristim desinit alvus, Spumea semifero sub pectore murmurat unda *Vergilius* 13 aut famae temperans *Terentius* 14 temperet a lacrimis *Vergilius* 17 animum vincere iracundiam cohibere victum (*vel* victoriam) temperare *codices Ciceronis* 18 victui temperare *ex G edidit Lindemannus*, victoriae temperare *coniecit idem, quod si voluisset Arusianus, in elocutione anteposita scribere debebat* temperat huic rei

Sal. Catil. *(24,3)* quae primum ingentes sumptus stupro corporis toleraverat.

Trado te in illam rem, Ter. Phor. *(prol. 2)* tradere hominem in otium, Cic. Philip. II *(2,3)* at tu te *in* disciplinam meam tradideras, domum meam ventitaras . trado te illi, Verg. Aen. XI *(710)* tradit ecum comiti.

Tremit illam partem, Verg. geor. III *(84)* micat auribus et tremit artus . tremit illud pro timet, idem Aen. III *(648)* sonitumque pedum vocemque tremisco . tremit illa *re*, idem Aen. VII *(514)*

Tartaream intendit vocem, qua protinus omne
intremuit nemus.

Tenax huius rei, Verg. Aen. IIII *(188)* tam ficti pravique tenax. |

Transcribo *illam rem* illi, Verg. Aen. V *(750)* transcribunt urbi matres, idem Aen. VII *(422)*

et tua *Dardaniis tran*scribi sceptra colonis.

Tibi factum pro a te, Verg. Aen. VI *(509)* nihil o tibi amice relictum.

Transformat in faciem, Verg. Aen. VII *(416)* in cultus sese transformat aniles.

Taedet harum rerum, Ter. Eun. *(II 3,6)* taedet cotidianarum harum formarum, Sal. Iug. *(4,9)* dum me civitatis morum piget taedetque.

Transductus illam rem, Sal. hist. II † parco legio flumen transducta castra dilatavit.

Traducor ad hoc faciendum, Cic. in divinatione *(in Caec. 2,4)* qui me ad defendendos homines *ab ineunte* adolescentia dedissem, tempore atque officio coactus ad accusandum traducerer.

Transmitto *illum* illa re, Sal. hist. II suos equites hortatus vado transmisit.

Truncus huius rei, Verg. geor. IIII *(309)* et visenda modis animalia miris, trunca pedum primo.

Vtor illo, Verg. Aen. XII *(932)* utere sorte tua . utor illud, Ter. Adel. *(V 3,29)*

---

*Codex Parrhasii* 1 ingente sumptum *corr.* sumptu corpore 4 at tute disciplinam med tradideras domum meam venit iturus 6 ecum] te cum 8 III] IIII 9 re *om.* 13 illam rem *om.* 15 et tua scribis sceptra colonis 22 parcō legio 24 Traduco 25 ab ineunte *om. lacuna sex fere litterarum relicta* 27 illum *om.*

---

1 quae primo ingentes sumptus stupro corporis toleraverant *Sallustius* ingentem sumptum *ex G edidit Lindemannus* 4 at enim te in disciplinam meam tradideras : nam ita dixisti : domum meam ventitaras *codices Ciceronis* 11 contremuit *codices Vergilii* 15 et tua Dardaniis transcribi *Vergilius* 18 cultus] vultus *codices Vergilii* 22 parva legio *Kritzius Sall. hist. fragm. p. 181 . fortasse* parte legionis 24 Traducor *Lindemannus edidit* 25 ab ineunte adulescentia *Cicero* 28 transmisit] transmittit *codex Vaticanus apud Maium et editores Sallustii ex codice Frontonis*

mea, quae praeter spem evenere, utantur sine,

idem And. *(prol. 13)*

quae convenire in Andriam † receperunt

*fatetur* transtulisse se [utar] usum pro suis,

idem Heaut. *(I 1,81)*

quod illis aetas † mira ad haec utenda idonea est,

Cic. Siciliensi *(in Verr. II 18,46)* quae bona is qui testamentum fecerat, aliquanto antequam est mortuus, huic Heracleo omnia utenda ac possidenda tradiderat.

Vacuus hac re, Sal. hist. I vacuum istum † urbibus militari aetate, Cic. Philip. I *(10,25)* vacui metu esse debemus . vacuus ab hac re, idem * *Sal. Catil. (51,1)* ab odio amicitia ira misericordia vacuum esse decet . vacuus illius rei, Sal. Iug. *(90,1)* ager frugum vacuus . vacat hac re, Verg. Aen. III *(123)* hoste vacare. |

Vsque sub illam rem, duae praepositiones, Verg. geor. I *(211)*

usque sub extremum brumae intractabilis imbrem.

Victus illa re, Verg. Aen. XII *(29)*

victus amore *tui*, cognati sanguine victus.

Vrbs et nomen plurale subiunctum, Verg. Aen. X *(168)* quique urbem liquere Cosas, Cic. de signis *(in Verr. IV 52,117)* urbem Syracusas maximam esse Graecarum.

Volutans suis genibus, Verg. Aen. X *(III 607)* genua amplectens genibusque volutans haerebat . * genua advolvebantur, idem *

---

*Codex Parrhasii* 1 utentur 4 fatetur *om. lacuna sex fere litterarum relicta* 9 ac] ad 10 vacuā istam (u u *superscr.*) 12 idem | . . . . . . ab odio *lacuna decem fere litterarum in initio versus relicta* 13 ager] uter 14 vacuus] vacuos *corr.* vacuus 18 amor . . . . cognati *lacuna quattuor fere litterarum relicta* 19 quique] quibus 20 Cosȧs

---

1 utantur *Terentius* 3 quae convenere in Andriam ex Perinthia Fatetur transtulisse atque usum pro suis *Terentius, ubi* transtulisse se usum pro suis *habet codex Victorianus* 6 quod illa aetas magis ad haec utenda idonea est *Terentius :* mire ad haec *legisse Arusianum coniecit Lindemannus* 7 quae bona is qui testamentum fecerat huic Heraclio ante aliquanto, quam est mortuus, omnia utenda ac possidenda tradiderat *Cicero* 10 vacuam istam urbem hominibus militari aetate *coniecit Lindemannus*, vacuam istam urbem viris militari aetate *Houvenus p. 47* . vacuum istum laboribus militaris aetatis *conieci ind. lect. Hal. aest. a. 1879 p. XI* 12 ab odio amicitia ira atque misericordia vacuos esse decet *Sallustius Catil. 51,1 . ante Sallustii verba autem exemplum Ciceronis excidisse videtur* 13 ager autem aridus et frugum vacuus *Sallustius Iug. 90,1 et Nonius p. 498* 18 victus amore tui, cognato sanguine victus *Vergilius* 22 Verg. Aen. X] *duos Vergilii versus confudit Arusianus, Aen. X 523* et genua amplectens effatur talia supplex *et Aen. III 607* dixerat et genua amplexus genibusque volutans haerebat . *deinde duo Sallustii exempla posuerat: cf. Serv. in Verg. Aen. I 307* quas vento accesserit oras: sine praepositione, Sallustius ʻgenua patrum advolvunturʼ.